Bodleian Libraries
UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks

This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

297. e. 18.

= c Text Gr. A. 315

= c Gr A 953

c Lat G 50

# GERMANICI CAESARIS
# ARATEA

CVM SCHOLIIS

EDIDIT

ALFREDVS BREYSIG.

BIBLIOTHECA BODLEIANA

BEROLINI
SVMPTIBVS ET FORMIS GEORGII REIMERI
MDCCCLXVII.

297. e. 18.

# MARTINO HERTZ

QVI COPIAS CRITICAS IN SVVM VSVM CONGESTAS
HVMANISSIME EDITORI VTENDAS CONCESSIT

GRATO ANIMO

EDITOR.

# PRAEFATIO.

Claudi Caesaris Arateorum libri manu scripti, quos equidem nouerim, interpolati sunt omnes. idem quamuis mutili sint, tamen prospera fortuna factum est, ut cum alii alios suppleant saltem Phaenomena integra fere seruauerint. interpolationum autem tria sunt genera, quorum unum, quod omnium codicum est commune, iam ante saeculum nonum ortum est. continetur autem duabus interpolationibus, quarum altera facta est ita, ut homo aliquis pro suorum temporum conditione doctus Arati uersus

541 *ὅσσον δ' ὀφθαλμοῖο βολὶς ἀποτείνεται αὐγῇ,*
542 *ἑξάκις ἂν τόσση μιν ὑπεκδράμοι. αὐτὰρ ἑκάστη*
543 *ἴση μετρηθεῖσα δύω περιτέμνεται ἄστρα,*

cum Germanico uidisset intactos, proprio Marte barbare uerteret atque exemplo suo affingeret. sunt autem hi

526 *in sex signiferum si quis diuiserit orbem*
527 *aequalis partes, succumbet regula binis*
528 *inferior signis spatii tantumque tenebit*
529 *una, sui lateris quantum a tellure recedit;*
530 *nec tamen humanos uisus fugit ultimus orbis.*

sic enim *σχῆμα* illud *ἑξάγωνον καὶ φυσικώτατον,* ut est in scholiis ad Arati uersum 541, significare uoluit, quod nisi animo finxeris, quid ista regula inferior suumque latus sibi uelint, non intelleges. nam zodiaci in sex partes aequales diuisi singulae partes regulis inter se coniunctae ita ut fiat

hexagonum bina continent signa, harum autem unaquaeque partium aequat radium circuli, id est signiferi, hexagonum circumcludentis, cuius centrum est tellus. haec est illorum uersuum sententia, quorum sermo, ut ait Orellius Phaedri fab. p. 186, habet colorem scholasticum. eorundem primum ex uersu 473 Germanici effictum esse idem probauit Orellius, ultimus uero, quo docemur caelo tenus nos cernere posse, est plane ineptus. quos uersus cum teste Hertzio eadem manus, quae cetera exarauit, antiquissimo codici Basileensi addidisse uideatur, iam ante aetatem Basileensis id est ante nonum saeculum huius archetypo insertos esse censeo. apertius autem uetustatem fert altera interpolatio, quam exhibent uersus 565 566 567, nam in omnibus codicibus a prima manu scripti extant. cum praecedentis uersus parte ita sunt apud Orellium

*tunc iterum praedictus nascitur ordo*
565 *lanigeri et tauri, geminorum, postea cancri;*
566 *tunc leo, tunc uirgo, tunc scorpios arcitenensque*
567 *et gelidus capricornus et imbriferi duo pisces.*

et ipsa oratio inconcinna est neque uersus, quos nihil aliud esse nisi amplificationem uersus 564 apparet, respondent, ut putauit Orellius, Arati uersibus 545—548, cum hic a cancro incipiens signa zodiaci enumeret, Germanicus autem oriatur ab ariete. qua in enumeratione libram deesse uiderunt Grotius Orellius Iosephus Frey [nou. mus. Rhen. XIII 421]. iure igitur Grotius et Frey hunc locum delendum censuerunt; aquarium autem desiderari non recte dixerunt. deteriorum enim codicum scriptura reiecta uersus 567 ex auctoritate Basileensis et Parisini legendus est

*et gelidus capricornus et imbrifer et duo pisces.*

quamquam non ignoro, cum libra pars sit scorpionis, licet per se singulare signum fingatur, pro libra uel chelis scor-

pioneque scorpionem solum potuisse dici, tamen hoc non condonandum erit poetae astronomiae peritissimo, qui ubique dodecatemoria scorpionis et librae diligenter distinxerit et paullo ante u. 548 sq. eius rei meminerit. itaque quin a sciolo interpolatore profecti sint hi uersus, nullus dubito. his igitur duobus locis homines male seduli archetypum, ex quo praestantissimi nostri codices descripti sunt, corruperunt. ceteris autem omnibus, quibus referti sunt reliqui libri, interpolationibus immunes manserunt Basileensis et Parisinus.

Nec minus temere egerunt ei, qui ubi Germanicus eis satisfacere non uidebatur uel ad Auienum confugerunt et ex eius Phaenomenis et Prognosticis quodcumque placebat suo poetae uindicarunt neque, ut res ferebat, contaminatione abstinuerunt uel spreto Auieno pluribus locis uersus de suo addiderunt. hoc est alterum interpolationum genus, quod repraesentant Susianus uel Leidensis Bernensis Einsidlensis. habet enim Susianus teste Grotio quatuordecim uersus Auieni 371 372 376 377 378 383 384 388 389 390 749 747 748 750 [cf. adnot. ad German. u. 146 et 342], habent Bernensis et Einsidlensis quadragenos quaternos, nam praeter illos quatuordecim uersus Susiano adiectos praebent ex Auieni Phaenomenis uersus 373 et 374 [cf. adnot. ad German. u. 146], ex Prognosticis uersus 415—436 443 444 447 544 551 552 [cf. adnot. ad fragm. I 55]. iam ex Germanici uersu 148 et 370 Auieni contaminatus est hic

*at capiti suberunt gemini prolemque tonantis*

quem seruant illi tres codices [cf. adnot. ad Germ. u. 146]. ipsis autem interpolatoribus, id quod iam alii uiderunt, debetur uersus

*ora frementis abhinc tu respice forte uiator*

qui post Auieni uersum 390 legitur in uno codice Bernensi; ipsorum pingui Mineruae debentur uersus huius notae

*diuidit atque sagittiferi pernicia crura*

qualem habet Bernensis uel ut est in Susiano et Einsidlensi

*diuidit et sagittiferi medium pernicia crura.*
*et geminis humeros et tauri ungula dextra.*
*radit ophiuchi humeros uastos fulgere notabis.*
*eminus exurgit Minoia nota corona.*

horum primus inuenitur in tribus illis libris post uersum 464, alter et tertius post uersum 472, post uersum 691 quartus. denique cum in eisdem codicibus uersus 568—571 deessent, stolidi correctores uersum 572

*orbis perfecti diuisus tollitur arcus*

talem sibi efficiendum existimauerunt

*aeui perfecti diuisus tollitur orbis.*

cuius corruptelae ueram causam cognouit Orellius, qui quidem ut aliis locis ita hic p. 188 sq. sibi non constet, Bernensem codicum familiam, quam p. 149 in primis sequendam esse critico censuerat, neglegens.

Attamen genuini sunt hi omnes

*in terra temptare undas iuuat, aspera sed cum*
*adsultat lateri deprensae spuma carinae,*
*tunc alii curuos prospectant litore portus*
301 *inuentasque alii terras pro munere narrant,*
302 *interea exanimat pauidos instantis aquae mons.*
*ast alii procul a terra iactantur in altum,*
*munit eos breue lignum et fata instantia pellit,*
*nam tantum a leto, quantum rate fluctibus, absunt.*

quorum uersus 301 et 302 Iosephus Frey l. l. p. 427 deleri iussit. neque enim opus est ἀτέϑησις, si mecum u. 300 sqq. ita interpretaris: alios qui proximi sint terrae iam prospectare portum, alios remotiores a litore gaudere terra inuenta, alios tamen procul a terra in altum iactatos nec portum nec terram conspicientes salutem desperare.

Atque immerito suppositicium existimauit Grotius uersum 458

*lacteus hic orbis nullo minor orbe rotatur*

quia hoc non esset in Arato. est autem ut opinor in Arato, is enim ait

*Γάλα μιν καλέουσιν.*
*τῷ δ᾽ ἤτοι χροιὴν μὲν ἀλίγκιος οὐκέτι κύκλος*
478 *δινεῖται, τὰ δὲ μέτρα τόσοι πισύρων περ ἐόντων*
*οἱ δύο, τοὶ δέ σφεων μέγα μείονες εἱλίσσονται.*

hanc de magnitudine circulorum sententiam antea quidem uersibus 449—451 Germanicus uniuerse, lacteae uiae ratione non habita, expressit, at hoc loco u. 458 inter maximos caeli circulos lacteum numerari dicit, id quod ante omisit repetens. Romanum uere poetam neque anxie uestigia Arati pressisse et tam libere quam perite rem tractasse iam inter omnes constat. quodsi Grotius u. 458 contaminatum esse censet ex Ciceronis Phaenomenon uersu 249

*Lacteus hic nimio fulgens candore notatur*

et Germanici uersu 496

*hos inter medius nullo minor orbis agetur*

non moueor, cum nusquam alibi Arateorum indicia interpolationis ex Ciceronis Phaenomenis haustae inueniantur, cum ut cuilibet alii dicenti uel scribenti ita poetae quoque liceat eisdem uerbis plus semel uti, praesertim si eadem res pluribus locis commemoranda est. uelut Germanicus ter dixit 'rapere orbem' u. 30 171 661. quae cum ita sint, etiam non est cur accedamus ad sententiam Iosephi Frey, qui et uersum 458 et praecedentem a Germanico abiiudicare conatus hoc loco aliquid excidisse arbitratur.

Illorum trium codicum uitiis adnumerandae sunt complures singulorum uerborum mutationes et transpositiones, quae quidem maximam partem ad sensum nihil faciant. eo

pertinet u. 9 *parta* 11 *in* 30 *axis* 40 *cursus* 49 *uersat* 87 *fulget* 110 *omnes* 111 *usus* 225 *breuiore* 232 *summi* 241 *austros* 331 *exit* 332 *ludit* 371 *radians* 446 *quorum praedicta figura est* 475 *leuibusque* 480 *duerso* 484 *flagranti sidere* 491 *micat orbis in illo* 502 *toto fulgebit in orbe* 511 *docemus* 512 *decurrens* 517 *in illum* 520 *nascentur* 550 *quae mihi dicta canant magnum sidus Orionis* 559 *parentem* 561 *infectas* 562 *defendens* 564 *temperat hunc* 567 *imbriferi* 576 *Phoebus signo* 580 *trahetur* fr. III 70 *horridus* 73 *feret.* haec omnia magistello alicui uel pluribus id genus hominibus, a quibus Aratea et scholia Germanici in usum scholarum attrectata esse ueri simillimum sit [cf. Orelli p. 147], deberi existimo. nec ceteras quas antea indicaui interpolationes cum Grotio ad solos 'exscriptores et pictores' referendas esse pro comperto haberi potest.

Restat ut de tertii generis interpolationibus dicam. eae inde profectae sunt, quod quae non intellexerant librarii ad suum arbitrium mutare ausi sunt. hac mente uersum 385, cum originem corruptelae, quae est in uerbis *causa si,* non intellexissent — erat enim in archetypo CAVSAST — duabus uocibus ultro mutatis ita feliciter constituisse sibi uisi sunt

*nullum nomen habent nec causam nominis ullam.*

eodem ducti errore in uersu 375 alii scripserunt *notat si nullam,* alii *nota similem* pro *notast nullam.*

At cum eiusmodi medelis non essent contenti, uersum 208, quippe quem in archetypo suo mancum inuenissent, modo ita exornauerunt

*Andromede radiat quae stella sub ipsa micante*

ut est in Strozziano, modo ita

*Andromede radiat stellaque sub ipsa micante*

quod praebet ex Vaticanis unus. huius notissimi generis de-

prauationes plerumque prae se ferunt codex Freibergensis et Italorum libri, Strozzianum dico et Vaticanos.

Codices autem omnes memorabili quodam uitio laborant, quod notatum quidem est a uiris doctis, ab Orellio l. l. p. 186 et a Iosepho Frey nou. mus. Rhen. XIII 418 sqq., sed nondum, ut opinor, radicitus extractum. uersus enim illos [526—530], de quibus supra diximus, excipit ornatissimus et splendidissimus de circulo zodiaco locus [u. 531—572]. quem si cum tenui signorum enumeratione Aratea comparaueris, inusitatam Germanico mirabere magniloquentiam atque ordinem astrorum cum ab ipsius tum ab Arati more diuersum. redundat enim totus locus fabulis, fabulis autem Germanicus aut omnino abstinere aut eis parum fidei habere solet cf. Phaen. 31 166 264. iam enumeratio incipit ab ariete, duce signorum, non a cancro. postea tamen non sibi constat Germanicus et in ea parte carminis, qua stellas, quae cum XII signis aut occidunt aut oriuntur, describit, eundem atque Aratus sequitur ordinem, orsus a cancri signo. alter autem signorum ordo omnibus in fragmentis Prognosticorum seruatus est. huc accedit quod fragmentum primum incipit a uersu contaminato huius editionis quadragesimo:

*una uia est solis bis senis lucida signis.*

hinc Iosepho Frey orta est suspitio, descriptionem illam zodiaci errore librariorum ex Prognosticis in Phaenomena irrepsisse. sed non omnes uersus huius loci Prognosticis restituendos esse existimo, nam ultimos tres eorum [570—572] sine dubio Phaenomenis uindicari necesse est, si Aratum et conexum sententiarum respicis, nisi forte etiam u. 568 et 569 hoc loco retinere atque aliquid antea excidisse arbitrari mauis.

Si quidem recte hanc descriptionem circuli zodiaci ad

Prognostica migrauimus, non est quod, qui auctore Rutgersio Var. Lect. II 9 p. 122 sq. Phaenomena a Germanico abiudicare conantur, uersus 558—560 quasi telum quoddam protendant, uti carmen ne uiuo quidem Augusto scriptum esse probent siue illud *genitali corpore numen*, quod est in uersu 558, ad mortem Augusti, quod esse uerum uidetur, siue ad natales eius referunt. nam uersibus Phaenomenon 444 et 445 Prognostica designari eaque post Phaenomena et scripta et edita esse manifestum est. et si qua fides est codicibus Basileensi et Parisino, ex subscriptione utriusque libri et inscriptione Parisini non amplius dubitari debet, quin auctor carminis Claudiae gentis fuerit, non Flauiae. ipso Phaenomenon exordio delegamur ad aeuum Augusti. ecquonam tempore terrestris naualisque pax a Romano poeta aptius celebrari potuit quam aetate Augusti, quo imperante Ianus ex anno a. u. c. 519 primum clausus est, quo principe Ianum Quirinum, ut ipse monumentis Ancyrano et Apolloniensi promulgari iussit, ter senatus claudendum esse censuit? quod poeta eum, cui carmen dedicauit, genitorem suum seque ipsum illo natum praedicat, hoc neque Augusto neque Germanico obstare, mihi persuaserunt Merkelius in Ibin p. 379 et Imhofius Domitian. p. 131 sqq. denique illud *pax tua*, quod Rutgersius ad Vespasianum et id quod ab eo conditum fuerit Pacis templum referri uoluit, ad aram Pacis Augustae anno a. u. 741 dedicatam (cf. res gest. diu. Aug. ed. Mommsen. II 37 p. 31) referendum esse uidetur. Claudio igitur Caesare Germanico, Drusi filio, auctore Arateorum renuntiato redeamus ad codices.

Secundum interpolationum genera tres codicum ordines constituimus. ac primi quidem ordinis omniumque praestantissimi hi sunt libri:

1. *codex Basileensis,* olim signatus K. III 34ª, nunc A. N. IV, 18. teste Eyssenhardto Mart. Cap. p. LXII, membranaceus, forma quadrata, foliis quadraginta quinque, saeculi VIII. conlatus est ab Hertzio. in ligatura manus saeculi XIIII haec scripsit *A*

*liber astronomie*
*XLVI· Or.*
*claudii cesaris*

in eiusdem pagina auersa legitur: *sagitarius IN lumina nunc pe.* subscriptionem habet medio folio 45 auerso hanc

*CLAVDI CAESARIS :·*
*Arati phenomena.*
*explicit feliciter*
*deo gratias.*

litterarum ductus depictos inuenies apud Eyssenhardt. p. LXII, cuius descriptioni codicis etiam hoc addendum est quod legitur fol. 12 adu.

*anno quinto decimo imperii tiperiti*

litteris *periti* detersis. quibus uerbis ni fallor annus p. C. n. 858 significatur, qui est annus quintus decimus imperii ex foedere Verodunensi *tripertiti.* scriptus est liber ab hominibus linguae latinae ignaris, qui ne uerba quidem et syllabas recte distinxerint. itaque fieri non potest quin in hoc codice aliqua interpolationis suspitio nascatur, qua de re recte iudicauit Frey nou. mus. Rhen. XIII 411. scriptura quidem plurimis locis corrupta est, sed ultro nil addiderunt librarii. integrum igitur habet Basileensis adseruatum archetypon et illas duas interpolationes supra a nobis indicatas iam huic archetypo infuisse patet. initio autem codicis ordo uersuum hic est 1—134. 143. 135—146. 147 et 148 bis. 149—206. 207 deest. 208. inde a uersu 209 ordo non turbatur, desunt autem hi 224. 248—250. 255—257. 270—272. 278—280.

284—286. u. 287 et 288 falso inter omissos numerauit Orellius p. 144, postea uero p. 170 eiusdem uersus 288 uariam lectionem adtulit. 289 et 290, quos deesse Orellius non dixit. 315—317. 321—323. 328—330. 333—335. 341. 344—346. 356—358. 363—365. 379—381, non 380—382, ut scripsit Orellius p. 145. 393—395. 400. 402. 414—416. 426—428. 431. 432. 434—436. 440—442. 459—461. 513. 532—534. 583—725. fragm. I. II. raro inueniuntur correctiones ab aliena $A^2$ manu factae ($A^2$). porro notandum est, in fine uersuum punctum, mediis in uersibus raro interpunctionem reperiri. post singula scholia figurae astronomicae adpictae sunt usque ad procyona. bini uel terni uersus, a quibus descriptiones astrorum incipiunt, plerumque uncialibus litteris exarati sunt. praeter Aratea et scholia eis inserta continet *A* duo capita astronomica, quorum alterum fol. 2 adu. incipit a uerbis *alia descriptio praefatiouis*, alterum ab his *Ostensionem quoque de quibus uidentur*. prius autem paucis exceptis concrepat cum posteriore, quod originem traxit e graeca quadam scriptione in Vranologio Petauii p. 256 sqq. edita. huic eiusque uersioni latinae barbarie infuscatae nihil commune est cum scholiis Germanici. quale autem sit interpretamentum illud latinum, ex specimine infra adposito intellegi potest.

| *Petauii Vranolog. p. 256.* | *Codex Basileensis.* |
|---|---|
| Τὴν μὲν δεῖξιν τῶν φαινομένων δέον ποιεῖσθαι πρὸς τῷ νότῳ, ἀντίας ἔχοντα τὰς ἄρκτους, δεξιὰ τὰς ἀνατολάς, εὐωνύμους δὲ τὰς δύσεις. ἡ δὲ φυσικὴ θέσις τῆς σφαίρας τοῦ κόσμου ἐστὶ τοιαύτη ὥστε ἔχειν μεσουρανοῦντα καρκίνον ἐπὶ τοῦ θερινοῦ τροπικοῦ, | *Ostensionem quoque de quibus uidentur oportet fieri ad austrum ex aduerso habens septentrionem, a dextris orientem, a sinistris occidentem. naturalis autem positio sphaerae mundi haec est, quod sit medio caelo cancer super solistitio aestiuo, orientales par-* |

ἀνατολικὰς χηλὰς ἐπὶ τοῦ ἰσημερινοῦ, δυτικὸν κριόν, δράκοντος κεφαλὴν πρὸς τῷ ὁρίζοντι· περιέχεται δὲ ὑπὸ τοῦ ὁρίζοντος. ἡ δὲ κατὰ τὴν ἐξήγησιν τῶν Ἀράτου φαινομένων ἐστὶ τοιαύτη ὥστ᾽ ἔχειν μεσουρανοῦντα αἰγόκερων ἐπὶ τοῦ χειμερινοῦ τροπικοῦ, ἀνατολικὸν κριὸν ἐπὶ τοῦ ἰσημερινοῦ, δυτικὰς χηλάς, δράκοντος κεφαλὴν ἄνω πρὸς τῷ ὁρίζοντι, ὅπου

μίσγονται δύσιές τε καὶ ἀντολαὶ ἀλλήλῃσιν.

*tes super aequinoctialem, occidentalem arietem, draconis caput deorsum in id quod terminat. ipsa quoque secundum narrationem positio de quibus Arati uidentur talis est, quod habeat medio caelo capricornium super hyemalem solistitium, orientalem arietem super aequinoctialem, occidentales plagas, draconis capud sursum apud arcticum ubi*

*miscentur occasu erit et orientis alterutri.*

Denique silentio praetereundum non est, Iosephum Frey in programmate Culmensi anni 1861 hunc ipsum codicem Basileensem significare uoluisse nec quemquam Bambergensem.

2. *codex Parisinus* bibliothecae imperialis n. 7886, olim Puteaneus, membranaceus, forma quadrata, foliis triginta sex, eadem manu saeculi VIIII exeuntis scriptus. conlatus est ab Hertzio. incipit *P*

*CLAVDII CAESARIS ARATI† PHOENOMENA* †

secuntur Aratea cum scholiis iteriectis ita subscripta fol. 14 adu.

*CLAVDII CAESARIS ARATI† PHOMENA· EPŁ.*
*ARATI GENVS*

his subiunguntur septendecim uersus de anno et mensibus, quorum primus est *Bis sena mensum uertigine uoluitur annus*, extremus est hic *Per nonas idus decurrens atque kalendas.* post uacuum duarum linearum spatium

*Gens bragmanna quidem mirisq̃ morib. extat*
*Hiclegitur lector mentem fide uideat*
*Hic pauli & senecę breuiter responsa leguntur*
*Quaenam notauit nomine quisq. suo*
*Qu&ibi magne decus mundi & clarissime cęsar*
*Albinus misit munera parua tuus.*

deinde una linea uacua relicta

*ALEXANDRI REGIS MACEDONV̄ ET DIN ꝑ DIMI REGIS BRACMANORVM ꝑ DE PHILOSOPHIA PER LITTERAS ꝑ FACTA CONLATIO*

sequitur epistula Alexandri et responsum Dindimi.

fol. 15 adu. leguntur *ARATI EA QVAE ꝑ VIDENTVR. ꝑ Ostensionem quoque de quibus uidentur oportet fieri* e. q. s. est idem caput astronomicum quod continet *A.*

fol. 19 adu. *INCIPIT* reliqua lineae parte et sequente uacua relicta *PRĘCLARA OSTENSIO ꝑ sacri uoluminis* cetera.

fol. 20 adu. inuenitur latina uersio Arati cum scholiis interiectis. quae cum eundem fontem graecum indicent, ex quo fluxerunt scholia Germanici, quamquam is qui illa e graeco in latinum uertit utriusque linguae adeo rudis erat, ut τῶν φαινομένων more interpretis Basileensis latine diceret *de quibus uidentur* et *Δία Dianam*, tamen passim ad constituenda scholia Germanici adhibui. eadem interpretatio reperitur in codice Bruxellensi 10698, de quo postea dicemus.

fol. 36 adu. post scholia in uerba *continentem in cęlos signv̄:.* exeuntia una linea uacua relicta *ARATI QVĘ VIDENTVR·* tum tribus lineis uacuis relictis secuntur uersus de mensibus anepigraphi

*Primus romanas ordiris Iane kalendas* cetera

quos excipiunt haec

*ITERV̄ VĒRS DE N̄ DIERV̄ SINGVLORV̄ MENSIV̄*

*Dira patet iani romanis ianua bellis* cetera.

fol. 36 au. *Tetrasticon. autenticū de singulis mensibus.*

*Hic iani mensis sacer est en aspice aris*

finitur ita *Quē medio cancri sydera lęca uiret.* ea quae tetrastichon de Iulio mense sequantur a manu recentissima addita esse testatur Eyssenhardt. p. LXII. Arateis idem ordo uersuum est atque in Basileensi, idem uersus omissi praeter u. 402. Parisinum quidem olim, cum scholia sola respiciebam, superiorem putabam Basileensi, nunc autem aliter iudico, illum huic posthabendum ratus.

*Parisini apographon Heinsianum* seruatur in bibliotheca regia Berolinensi [Ms. Diez. B. Sant. 94 in 4].

3. *codex Matritensis*, membranaceus, saeculi XII, signatus A. 22 ex Ioannis Iriarte catalogo Mss. gr. p. 203 ab Orellio Phaedri fab. nou. p. 57 ad fragmentum III Arateorum conlatus. qui cum ex archetypo huic classi librorum simillimo profectus esse uideatur, hoc loco nominatur. *m*

Secundi ordinis libri sunt

4. *codex Bernensis n. 88*, membranaceus, forma maxima, saeculi X. cf. Orellii Phaedr. fab. p. 140 cum adnotatione. conlatus est ab Hertzio. incipit *B*

*Werinharius ep̄s ded̄ sc̄ę Marię*

*CLAVDII CAESARIS ARATI * PHOENOMENA.*

post singulas astrorum descriptiones lacunae relictae inserendis, ut Hertzius suspicatus est, imaginibus, quae nunc in marginibus interioribus depictae sunt. scholia quaedam leguntur in marginibus exterioribus. eadem manus, quae dedicationem codici inscripsit, passim lectiones addidit plerumque cum Basileensi conspirantes ($B^2$). ordo uersuum hic *B²*
est 1—64. 90—95. 71—82. 84—89. 96. 98—142. 144—146. 148 contaminatus. Auieni Phaen. 371—374. 376—378. Germ.

u. 147. uersus contaminatus. Auieni u. 384. 388—390. Germanici u. 149. 150—156. 241—266. 268. 270—285. 387—393. 315—320. 286—299. 301—314. 321—332. 341. Auieni u. 749. Germ. 342. Auien. 747. 748. 750. Germ. u. 333—340. 344—386. 446—464. uersus interpolatus. 465—472. duo uersus interpolati. 473—554. 556—567. 572—725. fragm. II u. 1—12. 15—28. fragm. I u. 40—55. Auieni Prognostic. 415—436. 443. 444. 447. 544. 551. 552. postremo uersus christianus *uale fidens* ** *domino Christi uestitus amore.* asterisco rasuram singularum litterarum notaui.

*g* 5. *codex Leidensis,* olim *Susianus,* signatus Vossianus Latinus Q. 79. in catalogo librorum bibliothecae publicae uniuersitatis Lugd.-Batauae anno 1716 Lugduni apud Batauos edito p. 383 col. a ita describitur: 'Aratea, cum figuris pulcherrimis, et illuminatis, majusculis litteris. Olim Iac. Susii, qui emit Gandavi CIƆIƆLXXIII, mense Ianuar. Post figuras est carmen, incipiens, SIGNORVM PARTES QVORVM PRAEDICTA FIGVRA. Finit, Vale. Fidens in Domino Christi vestitus amore. In membr. vetustissima.' scholia non habet, bis autem praebet carmen et uncialibus litteris scriptum et monachalibus, ut ait Grotius Syntagm. Arat. pag. 2 notarum, quem eo usum esse constat. qui codex ut mihi Lugduno Batauorum in hanc urbem mitteretur suffragante ministerio regio tamen non impetraui. cum uero ab Orellio, qui quidem eum non uiderit, antiquissimus praedicetur, a Kiehlio in extrema epistula critica [Mnemosyn. II 1853 p. 82 sqq.] minimae auctoritatis codex nominatur, haec adiciente 'dum enim omnia [i. e. carminis uncialibus litteris scripti] saeculi septimi sextiue imaginem fidelissime referant, quorum litterae unciales scribae essent notissimae, una planetarii effigies aliquot habet minusculas, e quibus Geelius protractis una et altera formae ante nonum saeculum incognitae ma-

nifesto tenuit falsarium.' mihi autem quo ille loco habendus sit ex eis quae antea disputauimus iudicari posse arbitror. Leidensi librum simillimum adseruari in museo Britannico me docuit W. N. du Rieu. idem, quae eius est humanitas, Aratea codicis Leidensis 61 (cf. Bücheler. Petron. p. XIII) descripta mecum communicauit. quae cum ad codicem inferioris ordinis pertineant neglexi.

6. *codex Einsidlensis n. 388*, membranaceus, foliis formae duodecimplicatae 22, saeculi XI cf. Orelli p. 140. scholiis caret. *E*

Tertius ordo codicum hic est

7. *codex Strozzianus XLVI* bibliothecae Leop. Laurentianae Florentinae [cf. Bandini bibl. Leop. Laur. t. II p. 384 sqq.], membranaceus, quadrata forma minore, foliis 62, saeculi XIIII. ab Hertzio conlatus. incipit fol. I *S*

*Item uersus de anno solari seu de regularibus mensium*

*Nec rota p girum. quam tradit machine lymphe* cetera.

de quibus uersibus adeas Bandinium l. l. fol. II au. continet haec

*Versi cycli anni uersalis.*

*Linea Xp̄e tuos. prima ē quae continet annos* e. q. s. ultimus uersus hic est

*aetatem lune monstrat nouissimus ordo.*

sequitur usque ad folium 12 auersum *Arati genus* [cf. Suringar. progr. scholastic. Leidens. a. 1842 p. 9], quod eadem folii pagina excipiunt haec

*T. Claudii caesaris arati phenomenia Incipit ↑ feliciter. Item de celi positione et quinq; circulis ↑ mundi ↑.*

ad marginem manus saeculi XV notauit *Inueni qd' huius libelli autor fuit Cesar germanicus. et dicitur aratheum carm̄.* his alia manus aequalis addidit *testis Lactantius Firmianus . LI . 1. capto . XXV . 7 . li . V . c̊ . V.* (id est Lactant. I

21, 28 et V 5, 4 Buenem.). secuntur scholia *Celum quinque circuli distingunt* quae ita finiuntur *communem habent stellam*. deinde fol. 14 adu. haec *In ultimo circulo et maiori *qui *est *exterius *conprehenduntur* 12 *signa *equaliter mensurata gradibus firmamenti *per *quam mensuram uere scitur quid de firmamento tenet signum et ubi sit stella fixa *in signo et *in *parte celi.* uerba asteriscis notata in codice breuiata sunt. tum praebet carmen, cui inserta sunt scholia. inter fabulam autem de naue et uersum 359 Germanici haec leguntur *Quedam regina occupata guerra suorum inimicorum quadam uice ibat ad castellum suum et inueniens iuxta fossatum equum mortuum consumata carne et ossibus *adhuc stantibus uigore *neruorum. dixit *consotiis. *quid est id. *tunc illi *dixerunt ei *domina ossa unius equi mortui et stans putauit uelle fieri *instrumentum tale *quod posset ire *per aquam. hanc assignans rationem. *sicut iste equs ibat *per terram uiuus sic potest similis illi ire *per aquam et uocato dolobratore *nomine argo dixit ei *magister. Ite ad talem equum et intueamini bene *eum *et *sicut ille est ita puta te *conponere *instrumentum de ligno quo ualeam ire *super hostes meos *per aquam. Ille uere iuit et bene conspexit reuersus ad *dominam dixit *domina bene imaginaui *et bene fatiam.* Aliud emblema inuenitur ante scholion Martiani [uid. adnot. ad pag. 188, 20]. est autem hoc: *Cum isti duodecim menses essent in prato et loquerentur ad inuicem uenit quedam. qᷣ. igitur cum haberent ignem in medie sui. et inter omnia dixit Ian̄ qᷣ Quid uidetur tibi de mense Ian̄ respondit hic dicens malus mensis est et tediosus et cetera et sic per ordinem dixit malum de omnibus et sic nihil dederunt ei. postea uenit martius hac de causa cui dixit bonum de omnibus et sic laudantes uirum fecerunt ei honorem etcetera.*

post fragmentum III folio 52 aduerso subscriptio est haec

**T. claudii cesaris arati. pheno|mena explicit feliciter.**

hanc secuntur scholia de sole et luna et excerpta Pliniana, quibus fol. 62 adu. altera manus subscripsit

*Liber Colucii pyeri* (corr. ex *preri*) *de Stignano Cancella|rii Florentini.*

in Arateis idem fere ordo uersuum seruatur ut in Basileensi. etenim u. 143 et post uersum 134 legitur et suo loco, semel autem inueniuntur u. 147 et 148. eosdem uersus cum Basileensi Strozzianus omittit nisi quod habet u. 224. 400. 402. 513. desideratur u. 430.

8. *codex Vrbinas bibliothecae Vaticanae 1358,* membranaceus, forma maxima, foliis 54, saeculi XV. contulit Hertzius. folio 1 auerso praebet haec *In hoc codice fragmentum Arati de signis caelestibus et iginius philosophus de imaginibus continetur.* fol. 2 adu. *Aratus sicionius in sicilia nouiter repertus incipit feliciter.* sequitur uita Arati, quam excipiunt scholia *Caelum circulis V* ita exeuntia *connexio *uero *piscium *communem habet stellam.* inde a folio 4 au. secuntur Aratea cum scholiis interiectis, finiuntur uersu 430 *Vocalis rostro super ydraq. lucet* sequente fabula de hydra *Idra super cuius caudam — per singula latera.* interposita solis imagine, cui adscriptum est *deest in exemplari,* sequitur fol. 37 adu. fragm. III 52—163. inde a fol. 39 adu. usque ad fol. 47 au. leguntur scholia de sole, post quae imago solis repetitur, de luna, excerpta Pliniana cum descriptione polorum cf. p. 112 adnot. V

fol. 47 au. leguntur primo haec *Primum a sole incipiemus presagia. purus oriens* [cf. Plin. n. h. XVIII 341. 342], deinde Hygini P. A. IV 6—14, inde a uerbis capitis sexti *manu sinistra bootis exteriori* usque ad uerba capitis quarti

decimi (fol. 54 au.) *sed non ut aliquem conclusiorem locum totumq. spacium impleat lumine. Si quis.* subscriptum est *Non plus inuenitur.*

Aratea conspirant cum editione Victoris Pisani, quae prodiit Venetiis. *Anno salutis. M.CCCCLXXXVIII. octavo calendas novembres.* cuius editionis uarias lectiones *P* littera insignitas retulit Orellius.

*Va* 9. *codex bibliothecae Vaticanae 3110*, membranaceus, forma quadrata, foliis 104, saeculi XV. inspexit Hertzius. incipit

*Higinius Marco Fabio plimum salutem*

post Hyginum et Fulgentii continentiam Vergilianam continet extremo fol. 52 adu. haec

*Inueni librum metricum et prosaicum cui titulus erat T. Claudii Cesaris Arati phenomena de celi positione et quinq. circulis mundi. Ex hoc libello excerpsi solummodo carmina. sed in alio uolumine tam uersus quam prosae scripta sunt.*

inde a fol. 52 au. secuntur Aratea quae sic finiuntur fol. 58 auerso

[425] *Toto clarus equo uenientis nuntiat euros.*
[413] *Quae boreā cęlum spectantibus īdicet ortū.*
[429] *Hic primo ortus est crater premit ulterioris*
[433] *Sub geminis prochion fulgenti lumine surgit.*
[437] *Quiq. aliae stellę diuersa lege feruntur.*
[438] *Et proprio motu mundo contraria uoluunt.*
[439] *Curriculo exceduntq. loco et uestigia mutant.*

folia 59 et 60 uacua sunt, tum incipit a fol. 61 Hygini P. A. liber tertius *Igitur incipiemus a polo borreo protinus dicere* et finitur fol. 92 au. ita *ęffusionem urne aquarii qui ad ipsum usque decurrit accipiens.* fol. 93 incipit *Mundus igitur ex quatuor elementis* [Martian. Cap. VIII 814]. Martiani fragmentum usque ad finem libri octaui porrigitur et

finitur sic *aut retrogradi facit. marciani felicis capelle astrologia explicit.*

10. *codex Vaticanus 1653* membranaceus, foliis 176, saeculi XV, continet carmina haec anepigrapha: fol. 1—72 Manilii astronom. incip. *Carmine diuinas artis et ̄cscia fati* fol. 74—166. Valerii Flacci Argonautica. incip. *Prima deum magnis canim⁹ freta ꝓuia natis* fol. 168—176. Germanici Aratea quae ex editione principe descripta esse uidentur. omnino enim cum ea conspirant et adseuerante Molza manum scriptoris indicant, qui Nicolao V pontifice maximo multa exemplaria in usum bibliothecae Vaticanae descripsit. inspexit Hertzius. *V*[b]

11. *codex Freibergensis*, incertae aetatis, cf. Orelli l. l. p. 141.

12. *codex Vaticanus 3293*, olim Ioannis Gaddi, membranaceus, ea forma quam uulgo dicunt octauam, foliis 64, saeculi XV. fol. 1—27 continet Sereni Sammonici carmen. incipit *Phaebe salutiferum quod pangimus assere carmen.* est autem quartus uersus editionis Ackermannianae. finitur *pellet medicina dolorem.* fol. 29—42 Germanici Aratea. fol. 46—63 Priapeia inscripta *Incipiunt priapeia.* folia intermedia et 64 uacant. inspexit Hertzius.

13. *codex bibliothecae Vaticanae regius 1801*, chartaceus, forma octaua, foliis 188, saeculi XV. continet a fol. 1 usque ad fol. 53 Aratea cum scholiis. finitur *impleat lumen* | *Plura deficiunt quae propter uetustatem et Quinternio* | *num fractionem colligi nequaquam potuerunt.* sequitur Paulus Diaconus de uerborum significatione fol. 54—139 et recens quoddam de Ouidii uita et in Ibin commentarium fol. 140—188. simillimus est Vrbinati, a quo initio carminis haec dissidere animaduertit Hertzius 4 *rhetorq;* 13 *caueat doctus quid uitet*

20 *libratas* 22 *quem dixere polon cuius pars mersa sub undas* 32 *Cresia uos stellis alunt.* ab Hertzio inspectus est.

14. *codex bibliothecae Laurentianae Florentinae Gadditanus,* plut. LXXXIX sup. n. 43. membranaceus, saeculi XV (cf. Bandini l. l. t. VI p. 310 sq.). fol. 1 habet inscriptionem *IN ISTO | CODICE CONT|INETVR LIBER | ARATI ET IGINII | DE IMAGIN|IBVS.* fol. 2 au. *INCIPIT LIBER ARATI DE SIGNIS | CELESTIBVS |* continet deinde Aratea et scholia nitidissimis imaginibus interpositis. fol. 70 adu. post excerptum Hyginianum legitur infima pagina *Non sene troua piu.* fol. 71 uacat. fol. 72 adu. *Igitur incipiemus a polo boreo ptinus dicere.* reliqua inuenies apud Bandinium. ab Hertzio inspectus.

Π 15. *codex Palermitanus* bibliothecae senatus E. 11. chartaceus, forma quadrata minore, saeculi XV. fol. 1 habet inscriptionem manus recentioris

*fȯr⁊ for⁊*
*Ex libris R$^{di}$ pr̄s nr̄i m$^{ri}$ Bap$^{te}$ for⁊ ſac$^{e}$ Teologie ꝑfessoris q$^{i}$ die 27 m̃tii 1497 obiit.* |

deinde legitur

*FRAGMENTVM: ARATI | IN.SICILIA: COMPERTVM. | CVM: COMENTO.*

secuntur uita Arati lacunis corrupta et scholia *De cęlo. Celum circulis quinque. Hic est stellarum ordo.* fol. 4 incipit *ARATVS: A: M: TVLLIO | CICERONE: TRADVCTVS: Ab Ioue principium* cetera. scholia carmini inserta sunt, quibus adiunguntur excerpta Pliniana et Hyginiana. extrema uerba sunt *spacium impleat lucem si quis.*

*Plura deficiunt propter uetustatem et quinternio|num fractionem colligi nequaquam potuerunt.*

*finis arati cum comtario.*

passim lectiones cum textu discrepantes manu scriptoris ad marginem notatae sunt. ab Hertzio inspectus est.

His codicibus subiungatur editio princeps cf. Hertz. in act. menstr. academ. Berolin. a. 1847 p. 19. uolumen est forma maxima, foliorum 169. in folio 1 adu. haec leguntur

*MARCI MANLII POETAE CLARISSIMI AS|TRONOMICON AD CAESAREM AVGVST|VM LIBER PRIMVS.*

folia sequentia continent usque ad fol. 62 au. Manilii astronomica. fol. 63 post breuem epilogum, qui incipit *Marcus Manlius Mathematicus cuius extat hoc opus elegantissimum,* praebet argumenta singulorum Manilii librorum.

fol. 64 adu. habet hanc inscriptionem *ARattus germanici ad augustum* et continet laterculum imaginum. fol. 65 adu. inscribitur

*ARATHVS GERMANICI AD AVGVSTVM.*

secuntur Aratea imaginibus exornata usque ad fol. 88 au. quod ita exit

*? FINIS ?*

*BONONIAE IMPRESSVM PER ME VGONEM | RVGERIVM ET DONINVM BERTOCHVM | ANNO DOMINI. M.CCCC.LXXIIII. DIE VIGESI|MA MARTII : LAVS DEO AMEN; ? ;*

a folio 89 usque ad finem leguntur Valerii Flacci Argonautica, quibus adiecta est eadem subscriptio, nisi quod hic post *BERTOCHVM* legitur *REGIENSES* et *SEPTIMA MADII* pro *VIGESIMA MARTII.* conlata est ab Hertzio.

Tertii ordinis codicum primum obtinet locum Strozzianus, nam is, cum omnes ex eodem archetypo familiae Basileensi propinquo profecti esse uideantur, multo minus degenerauit quam ceteri. qualis autem mea quidem sententia fuerit propinquitas codicum omnium, schema subiectum ostendat.




Ad primarium igitur fontem carminis ($x$) adscendere nequimus, iam mutilus atque interpolatus est uterque archetypos ($x^1 x^2$), ex quo pendent antiquissimae duae familiae Basileensis et Bernensis; ex archetypo Basileensi familiae affini ($x^3$) profectus est Strozzianus, ex eodem profecti sunt ceteri interpolatione gliscente.

Quae cum ita sint, in primis sequendos esse censui libros Basileensem et Parisinum. at cum illi mutili aut corrupti erant, grauatus secundi ordinis libros adii. ex tertiae autem classis codicibus uni Strozziano et uno quidem loco [fr. III 57] fidem habendam esse existimaui.

Scholia genuina atque integra continentur libris *AP*, in alteram priori non prorsus dissimilem formam redacta habent *S* et *V*, sed ita ut *V* iam multo plura corruptionis uestigia praebeat quam *S* [cf. progr. schol. Posnan. a. 1865 p. 12 sq.]. pleniora quidem sunt haec scholia Strozziana Basileensibus, sed ea pars qua *AP* carent ex uariis auctoribus Hygino Plinio Censorino Martiano Isidoro compacta est. nam etiamsi Reifferscheidio (Sueton. reliq. p. 440 sqq.) concedendum sit, aliquot scholiorum frustula ex Suetonio hauriri potuisse, tamen uix probari poterit ea omnia, quae scholiis et Isidoro sint communia, referenda esse ad Suetonium. iam est tertium genus scholiorum quod a genuina forma adeo abhorret, ut singularis libri speciem prae se ferat. ea

scholia, quae nominaui Sangermanensia, seruauerunt hi codices

1. *codex bibliothecae imperial. Parisin. Sangermanensis 778, olim 301,* membranaceus, forma quadrata, saec. VIIII. inde a folio 57 ad folium 74 insunt haec: *Arati ea q̄ uidentur* etc. fol. 60 au. *descriptio duorum semispheriorum,* cui subiunguntur duae imagines. fol. 61 adu. *arati genus* fol. 61 au. *DE CAELI POSITIONE Caelum circulos quinq;* cetera *DE STELLIS FIXIS ET STan†tib; Stellarum alię* cetera fol. 62 adu. med. *INVOLVTIO SPHERĘ. hic ē stellarū ordo* cet. fol. 63 au. — fol. 74 au. *Vertices extremos — adeptos fuisse opinabantur uictoriam.* fol. 75 secuntur uersus, quos descripsi p. 202 et Boeti commenta. contulit Hertzius. $G$

2. *codex bibliothecae conuentualis Sangallensis 902,* membranaceus, forma maxima, saec. X. continet scholia a pag. 69. $G^a$

3. *codex eiusdem bibliothecae Sangallensis 250*, membranaceus, forma maxima, saec. XI. oriuntur scholia a pag. 447. errores scriptoris altera manus ($G^{b2}$) secundum exemplar Sangermanensi simillimum correxit. Sangallensium scholiorum extare epitomen in codice olim Sangallensi nunc Turicensi Statii Thebaidos saec. X ostendit Orellius epist. crit. ad Maduigium p. LXIII. uterque Sangallensis conlatus est ab Hertzio. $G^b$ $G^{b2}$

4. *codex Bruxellensis bibliothecae Burgund. 5413—5421,* membranaceus, forma quadrata, continet pag. 1—27 epistulas Hincmaris et Nicolai Papae, pag. 28—64 commentarium initio mutilatum de conciliis Nicaeno, Antiocheno, aliis, pag. 65—80 de fide et ueritate contra haereticos et antischismaticos. secuntur extremis octo foliis numerorum expertibus duo capita quae ita incipiunt: INVOLVTIO SPHE- $B$

RAE. *hic est. stellarum. ordo* cetera. DE STELŁ *Stellarum alie* reliqua.

5. *codex bibliothecae Vaticanae regius 1324,* chartaceus, forma maxima, saec. XV. post Hygini poetica astronomica exhibet fol. 21 au.

*Explicit liber hygini*

*Liber capit Arati exordium.*

secuntur eadem scholia quae in codicibus Sangallensibus leguntur eodemque ordine. inspexit Hertzius.

Veterem illum Arati interpretem latinum cum scholiis e graeco uersis praeter Parisinum exhibent totum hi duo codices

1. *codex biblioth. reg. Bruxellensis (10615—10729),* membranaceus, forma maxima, saec. XII. ab Hertzio conlatus. numerus 10698 complectitur folia 99—105 au. incipit *Praefacio Arati. Preclara ostensio sacri uolumīs* reliqua. *Inuolucio spere. Hic est stellarū ordo utroꝝq; circuloꝝ cetera.* inde ab extremo folio 99 adu. incipit Aratus latinus *A ioue īcipim⁹ quē ñqª uiri relinquim⁹ Archaum* e. q. s. interiecta sunt scholia Phaenomenis. his subiunguntur Diosemea quae desinunt fol. 104 adu. col. a. secuntur *ARATI EA QVE VIDENTVR stensionē qq; de q́b; uidentur* cetera. *ARATI GENVS* quod fol. 105 au. col. a ita desinit *mathematice repimus aut illū et illum et sup.*

2. *codex Parisinus biblioth. imper. 7887,* olim Colbertinus, forma quadrata, saec. IX ineuntis. recentioris manus inscriptionem prae se fert *ARATI EA QVAE VIDENTVR†.* praebet deinde a fol. 2 au. usque ad fol. 6 adu. caput astronomicum e graeco traductum *(ostensionem quoque — in id ipsum suggerunt),* a fol. 6 adu. usque ad fol. 8 adu. eiusdem capitis pars repetitur *(ALIA DESCRI O* (sic) *PREFATIONIS† Subtus terra — semipheriis).* tum sequitur *ARATI*

*GENVS* cui subscriptum est *EXPLICIT ARATI†.* a folio 10 adu. incipit *Preclara ostensio.* post haec inuenitur Bedae liber inscriptus *DE QVADRIFARIO DĪ OPERE.* in extrema pagina 22 commentarii cuiusdam in Donatum legitur initium. inspexit Hertzius.

Praeter haec subsidia ad emendanda scholia adhibui *Aratea Schaubachiana,* quae in bibliotheca uniuersitatis litterariae Lipsiensis (n. 1225[a]) seruantur (cf. de P. Nigidii Figuli fragm. p. 13 sq. Philol. XIII p. 658 sq.).

*Danielis Parei, Philippi filii, notas* in Germanici Imper. Aratea manu scriptas et in bibliotheca regia Berolinensi (Ms. Diez. B 133 4°) adseruatas ut denuo inspicere possem, ab eximia liberalitate Georgii Pertzii, uiri illustrissimi, facile impetraui. quibus e notis, quas Pareus citius a se compositas fatetur, quam asparagi coquantur, excerpsi has coniecturas: Phaen. u. 16 *nomenque* 38 *Dicto exercerent dominae famulae Corybantes* 43 *fugientia* 52 *squamigeri ab lapsu* 59—61 *quaeque sedet mento lucente nouissima: cauda extremum qua Elices sidus micat, hac radiatur serpentis decliue caput.* 65 *defessa* 69 *saeuo* 85 *rotantur* 117 *pacata* 135 *ferreaque inuento gens est laetata metallo* 155 *exploso* 183 *supra terrae cum fulget Myrtilus oras* 307 *ferit* 348 *uoti* 377 *defit* ut Orellius. ad scholia, quae ab Isidoro Hispalensi scripta esse existimat, haec pertinent: p. 107, 5 *et populo monomoera dicuntur* 109, 2 *iugula* ut ego. 159, 6 *quo illae concinerent* 176, 7 *Dercetis.* cetera uel ab aliis inuenta et publici iuris facta uel audacius quam uerius excogitata omittenda esse censui.

Codicibus autem ita usus sum, ut imaginis cuiusdam eorum adumbrandae causa omnium scripturas usque ad uersum 102 Phaenomenon adferrem, inde autem codices *APB* solos respicerem et passim tantum, ubi illi laborant, reliquos

libros in primis *Eg* adhiberem. in scholiis Basileensibus lectiones codicum *AP* religiose notaui, nisi quod concrepantium numerorum uarias scripturas neglеximus. quamquam in recentioribus scholiis liberius egi, tamen ne nimiam copiam scripturarum praebuerim uereor. orthographiam codicis *A* et, cum ille intermittit, codicis *B* secutus sum in carmine, scholiorum orthographiam moderandam esse putaui ex libris Basileensi Strozziano Sangermanensi.

Quibus de causis u. Phaen. 531—569 uncis includenda et Prognosticorum fragmento primo inserenda censuerim, iam antea p. XI explicaui. fragmenta ipsa ita disposui, ut eum ordinem sequerer, quem argumentum eorum postulare uidetur. nam ex secundi fragmenti fine [u. 23 sqq.] hoc ipsum a tertio exceptum fuisse apparet. secundo autem illud anteisse suspicor, quod in primo loco posui. etenim cum poeta in hoc carmine coniunctiones planetarum cum duodecim signis tractauerit, primo eum de zodiaco ipso egisse ueri simile est.

Scholia ita digessi, ut Basileensia seorsum exhibeantur. Strozziana autem et Sangermanensia libris *SG* in uniuersum concrepantibus in unum redegi [p. 105—107, 13. 193, 5—202, 8], at ubi codices prorsus inter se discrepabant, aut Strozziana una cum Sangermanensibus coniuncta, sed ita ut spatio uacuo et *S G* litteris margini adpositis discernerentur [p. 112, 4—182, 8], aut seorsum Strozziana [107, 14—112, 3. 182, 9—193, 4. 203—220] atque item Sangermanensia [p. 221—232] excudenda curaui. postremo addidi scholia Bernensia.

De editionibus Arateorum, quas equidem uiderim, recte Orellius [p. 149 sq.] iudicauit. etiam hodie inter omnes eminet editio Grotiana, quae anno 1600 Lugduni Batauorum in lucem prodiit. ea semper erit splendidum monumentum summi ingenii atque amplissimae doctrinae. I. C. Schwartzius,

quamuis aliquoties pueriliter peccauerit [cf. Orelli. ad u. 508 523 638 fr. IIII], quaedam ulcera feliciter sanauit. cuius libro Coburgae anno 1715 edito cum carerem, eas coniecturas Schwartzianas, quae haut spernendae uidebantur, ex Orellii adnotationibus sumptas addidi. in iusta autem obliuione iacent editiones Buhlii et Halmae. nec quaesiui librum Schmidianum, cuius memoria nunc septimum iam lustrum abolescit [cf. Orelli. p. 150]. Orellius uero optime de Germanico meritus est, quippe qui primus post Grotium libros manu scriptos repetiuerit. is si Basileensi magis indulsisset, haut erat sane quod quisquam rem ab eo perfici non potuisse crederet. huiusce autem libelli suasor atque adiutor mihi erat Martinus Hertz, praeceptor meus carissimus. nam uir ille humanissimus studiis meis in Germanico conlocandis adeo fauit, ut totum instrumentum criticum, quod olim Germaniam Galliam Italiam peragrans conlegerat, liberalissime mecum communicaret. praeterea saepe numero me consilio et re iuuerunt Ioachimus Marquardt et Hermannus Peter. laboris autem partem minime iucundam lubens suscepit Theodorus Plüss indice in scholia conficiendo.

---

Dum liber excuditur, Adolfus Kiessling tanta erga me fuit liberalitate, ut editionis nostrae plagulas rursus cum Basileensi accuratissime conferret. quo factum est, ut quae in adnotationibus aut omissa aut non recte relata sunt hoc loco et addere et corrigere possem. sunt autem haec: Phaen. 2 *tû* 9 *tê* 90 *ELIÇENS SEQVITVR* (T above) 97 *maturiisque* 107 *tela etaferebas* u. 143 post u. 134 ita legitur: *quisquis priora tenet uestigia quinque secunda*, suo loco ita: *quique prior tenet uestigia quiq. secunda* 148 *accipitis* et ante

scholia et post ea 162 *gemit* (*it* in rasura). u. 182 et 183 addidit A[1] sed diuerso atramento 184 *Lasides* 205 *poene* ex *bone* correctum uidetur 210 *tristriſtiſſima* 213 *longę* totus u. 218 in rasura, sed a priore manu scriptus uidetur 273 *draconis* *i* ex *e* correcta 275 *phebi* corr. ex *poebi* 301 *alii* corr. ex *alti* 343 *PRIMARE* 347 *inhibent iam* corr. ex *inhibetiam* 367 *liquidis* extat in codice 384 *capud* 453 *committunt* 463 *Transueˢe* (r) *persecatacⁱus* (t) 471 *fulgentes* corr. ex *fulgentis* 496 *agentur* post rasuram septem litterarum 509 *Nec* correxit A[1] ex *Nen* 514 *sulcus* ut uidetur 549 *scelas* priore *s* ab A[1] in *c* mutata 552 *plausus* sed altera *u* in correctura 554 *coclitis* corr. ex *cochitis* 575 *noita* sed *i* postea inserta 582 *nube* corr. ex *nobe* fragm. III 112 *phoeb&* 162 *frustat.* in scholiis p. 55, 4 *inuocar&* *quō* *&* ΑΙΟCΕΧΠΟΤΟ ΑΝΤΟΙ 55, 6 ΑΥΤΑΡΟΙΠΠΟ CΕΝΔΙΟC 55, 11 ΝΟΥΤΕ 55, 12 ΕCΘΛ·ΝΟΥΓ 55, 13 ΑΗΡΟΝ ΑΝΤΙ CΟΝΟ ΜΑCΕΙΕ ΚΑΙ 59, 13 *cynosura* corr. ex *cynosora* 59, 15 *helicen* corr. ex *heliten* 60, 4 *p̄dicti h^r duo* 60, 8 *inlatus* 60, 13 *adposuisse* non *posuisse* ut retulit Eyssenhardt. 60, 16 *celo¢ϕ* 60, 17 *septentriones* corr. ex *septentriones* 62, 2 *preclaram* 62, 9 *crimen esse* 62, 18 *clariorē* 63, 4 *VIII* corr. ex *VIIII* 63, 9 *mortum* ut est apud Eyssenhardt. 65, 20 *refertur* 66, 1 *iam diu* 66, 3 *alterium* 66, 15 *Icarium* 66, 17 *ululatu mortem requirens* 66, 19 *contulit tibiq.* 67, 12 *can* A[1] 69, 14 *genitorom* A[1] 70, 10 *magis* 70, 17 *aseni* 73, 3 *quadrii* A[1] cum lacuna octo litterarum *quadrigio fecisse* A[2] 73, 10 *themisa maltheae cū* 74, 4 *stellaˢ* 75, 1 *signum* 75, 17 *apellatas* 76, 10 *hercus* 79, 15 *ungulis .. in singulis* 79, 17 et 80, 1 *hellencolo ꝭ hos portam* 80, 16 *memoriauitq.* 81, 3 *hii* 82, 2 *quaemulta quequae* 82, 6 *obtanti* 82, 13 *polytecte* 83, 6 *dextero* 85, 3 *simulacrum* 85, 8 *exortu* 85, 10 *mistrū* 85, 12 *extellis* 85, 15 *posteam quam* 85, 17 *inmortalitatibus* 85, 20 *reiactarent* A[1] *seiacta-*

*rent* A[2] 86, 1 *pacto* corr. ex *pecto* 86, 5 *cyrena* 86, 14 *ab iis* 86, 15 *per* 86, 17 *aliis* 87, 5 *capri* 87, 7 *nutriteroſed attitanorum* 87, 14 *conhabuisse dum* 90, 12 *chorus qui* 91, 7 *posteriorum* 91, 10 *interficit* 93, 17 *mercuri* itaque *Mercuri* legendum est 93, 17 *dei in eam* 93, 19 *apellauerunt* ibid. *inlatione in* 94, 12 *thabas* A[1] 95, 16 *subterraneo* 97, 4 *adflixit* 97, 8 *posteri̥s* 98, 3 *caudali claras* II 98, 7 *praeuertens* 100, 14 *adferrae* 102, 6 *circulo* 102, 10 *quae* 102, 11 *de hishaenonquae* 102, 13 *factum* ante correct. ibid. *etuitiout* 103, 1 *phenon* 104, 4 *cun a* 104, 7 *iam peperisse* A 104, 8 *lacte miratae* A.

Kiesslingius autem non solum conferendo codicem sed etiam emendando complures scholiorum locos studia nostra adiuuit. plagulis enim Basileam transmissis praeter discrepantem scripturam codicis inscripsit haec: p. 56, 8 sqq. *cum dicit Zenodotus Iouem esse aera et Cratem eiusdem esse oppinionis [et] testemque esse Philemonem comicum qui dicit* 58, 16 *persequeretur (cf. Catast. III διωκομένην)* 60, 8 sq. *quae eum (cf. Cat. III ἥ κατέστησεν αὐτόν)* 60, 9 *Eratosthenes enim dicit* 60, 13 *semper (cf. Cat. III ἀεὶ)* 61, 13 *clariorem in sinistra parte* 61, 21 sq. *ex his duas in extrema manu claras* 63, 17 *Hyrieum* quod olim ipse Munckerum secutus receperam, nunc autem reiciendum censeo 63, 19. 20 *mexisse atque lotium in corio terra obrutum* 64, 3 *constituerat* 64, 8 *claram in ore unam* non recte scriptum esse recte monuit, num uerum sit quod ipse inuenit *insequentes claram et obscuram* dubitans 65, 13 *sed omnibus terram aratam* (siue *terram inoratam ex Hesiodi op. et d.* **119**) *edidisse quibus uitam alerent (ex Hygino)* 65, 15 sq. *minus eam cum eis conuersatam* 65, 23 *in terra mortales conueniret* 66, 7 *suauitate* confirmari Ampelii excerptis Nigidianis iure adnotauit et u. 17 uerba *commiserando ululatu* ad ca-

nem referenda esse ab Ampelio doceri arbitratur 67, 4 *αἰώρας quas oscilla latine dicimus* 67, 6 *αἰωρεῖσθαι* necessarium esse censuit 67, 7 *in soli latere uidetur solio* 67, 12 *nos caniculam nominamus* 68, 12 *in pedibus singulas ut u. 15.* 70, 20 *labore liberauit* 71, 10 *notabili* 71, 15 *cornu III non magnae, similes in sinistro* 71, 16 *XVIII* 72, 18 *in propoda ut antipoda apud Augustinum et Lactantium* 74, 2 *heniochus appellatur* 74, 12 *a Neptuno fratre* 74, 21 *ob id ab Ioue honorata. signum autem tauri cuius priores partes parent, reliquum corpus non adparet, spectat [autem] orientem. frons cum facie* etc. 75, 4 *Phaesule Ambrosia siue Phaesule et Ambrosia* 76, 10 *duae* 79, 4 *cum esset interfecta in Pelio monte, eamque naturalem speciem conseruare* 80, 17 *id fanum abest ab Alexandria iter dierum nouem. harenosum est.* 82, 7 *illi, ait, piscis recte se habet* 86, 15 *exortus etesiae uenti* 86, 21 *crure I in pedibus* 87, 18 *bestiam* 91, 4 *fiunt. summa XI delenda* 95, 6 *quo opora est, aestum oriri* 96, 15 *[gentis] quod ex generis repetitum uidetur* 97, 3 *in sementem eorum* 98, 11 *paret* 98, 16 *ficus ut interpretatio grossos uocabuli aut arbores delendum (cf. Cat. XLI συκῆν ὀλίνθους ἔχουσαν)* 101, 4 *peccati* 101, 16 *habet stellas anguis* †*XII* 103, 6 *uxorem, ipse de sideribus.*

Scribebam Posnaniae mense Maio a. MDCCCLXVII.

# CONSPECTVS SIGLORVM.

## Codices Arateorum.

*A* = codex Basileensis.
*B* = codex Bernensis.
*E* = codex Einsidlensis.
*g* = codex Leidensis.
*m* = codex Matritensis.
*P* = codex Parisinus.
*S* = codex Strozzianus.
*V* = codex Vrbinas.
$V^a$ = codex Vaticanus 3110.
$V^b$ = codex Vaticanus 1653.

---

*e* = editio princeps Arateorum.

---

## Codices scholiorum.

*A* = codex Basileensis.
*B* = codex Bruxellensis.
*G* = codex Sangermanensis.
$G^a$ = codex Sangallensis 902.
$G^b$ = codex Sangallensis 250.
*P* = codex Parisinus.
*Π* = codex Palermitanus.

*S* = codex Strozzianus.

*V* = codex Vrbinas.

Scholia Bernensia seorsum inde a p. 233 edita *B* insignita sunt.

---

*b* = editio Buhliana.

*ε* = editio Eyssenhardtiana.

Stellula (*) uersui praefixa interpolationem, stellula in linea iacens (⁎) litteram erasam indicat.

Vncinis [ ] delenda aut transponenda inclusi.

## CLAVDI CAESARIS
# ARATI PHAENOMENA.

Ab Ioue principium magno deduxit Aratus,
carminis at nobis, genitor, tu maximus auctor,
te ueneror, tibi sacra fero doctique laboris
primitias. probat ipse deum rectorque satorque.
quantum etenim possent anni certissima signa,
qua sol ardentem cancrum rapidissimus ambit
diuersasque secat metas gelidi capricorni
quaue aries et libra aequant diuortia lucis,
si non tanta quies, te praeside, puppibus aequor
cultorique daret terras, procul arma silerent?
nunc uacat audacis in caelum tollere uultus
sideraque et mundi uarios cognoscere motus,

***Inscriptione carent*** $\boldsymbol{AVV^aV^b}$ || CLAVDII CAESARIS·ARATI⁎ PHOENOMENA· ***B*** || CLAVDII CAESARIS ARATI ↗ PHOENOMENA+ ***P*** || T Claudii cesaris arati phenomenia Incipit ↗ feliciter ***S ante scholia*** || ARATHVS GERMANICI AD AVGVSTVM ***e*** || 2 ***post*** carminis, ***non post*** Aratus ***interpungunt*** $\boldsymbol{SVV^aV^be}$ || 4 Primitias. (itias. ***in ras.***) ***B*** || Primicias probat ***V*** || ipsa $\boldsymbol{B^1}$ ***corr.*** $\boldsymbol{B^2}$ || 5 possint $\boldsymbol{APSVV^aV^bge}$ || poss$\overset{i}{e}$nt (i ***superscripsit altera manus***) ***B*** || 6 Quā $\boldsymbol{V^a}$ || ardente ***A*** || rapidisimus ***S*** || 7 m̄tas ***S*** || 8 Quęue $\boldsymbol{B^1}$ || queue ***E*** || Quaqꝫ $\boldsymbol{V^a}$ || equant $\boldsymbol{SVV^b}$ || diuorcia ***V*** || 9 parta $\boldsymbol{B^1ESVV^aV^bge}$ || preside $\boldsymbol{ABVV^aV^b}$ || equor ***SV*** || 10 arua $\boldsymbol{PVV^be}$ || 11 uocat ***V*** || audaces $\boldsymbol{BPSVV^aV^bge}$ || ad $\boldsymbol{B^1EPSg}$ || celum $\boldsymbol{SVV^aV^b}$ || 12 syderaqꝫ $\boldsymbol{V^b}$ || et uarios caeli ***Buhlius*** || agnoscere ***BEg*** ||

nauita quid caueat, quid scitus uitet arator,
quando ratem uentis aut credat semina terris.
haec ego dum Latiis conor praedicere Musis,
pax tua tuque adsis nato numenque secundes!
Cetera, quae toto fulgent uaga sidera mundo,
indefessa trahit proprio cum pondere caelum.
axis at inmotus semper uestigia seruat
libratasque tenet terras et cardine firmo
orbem agit. extremum geminus determinat axem,
quem Grai dixere polon; pars mersa sub undas
oceani, pars celsa sub horrifero aquilone.
Axem Cretaeae dextra laeuaque tuentur
siue arctoe seu Romani cognominis ursae
plaustraue, quae facies stellarum proxima uero:
tres temone rotisque micant sublime quaternae.
si melius dixisse feras, obuersa refulgent
ora feris; caput alterius super horrida terga

13 Hauita ***V*** || qduitet qs doctq arator ***V*** || uitet doctus $V^{b}e$ || 15 Nec *in* Hec *correct.* ***S*** || Nec $V^{a}$ || latis ***BEPg*** || letis ***V*** || laetis $PV^{b}e$ || laciis ***S*** || cogor $AB^{2}PSVV^{a}V^{b}e$ || predicere $BSV^{b}$ || 16 assis $B^{2}SVV^{a}$ || 17 caetera ***Ae*** || que $VV^{b}$ || fulgore (e *deleta*) ***S*** || uasa ***A*** || sydera $V^{b}e$ || 18 traxit ***A*** || proprie ***S*** || celum $BVV^{a}V^{b}e$ || 19 Axsisatis motus ***A*** || atis motus ***P*** || Axistat motus ***S*** || Axis stat motus $VV^{b}e$ || Axis sed motus *Schwartzius* || 20 tenet *ex* teneo *correct.* ***P*** || 21 agit extremum ***AP*** || agit extremum . geminus $BVV^{a}V^{b}e$ || 22 Grai *om.* $VV^{b}e$ || graii $V^{a}g$ || polum ***BEg*** || polon ueteres $VV^{b}e$ || quo $B^{1}$ pars $B^{2}$ || altera *in margine* ***V*** || 23 Occeani $VV^{b}$ || orrifero ***AS*** || 24 Axem nam cretae ***B*** || cret$^{e}$ae ***A*** || creteae ***P*** || cretee ***S*** || creteȩ $V^{a}V^{b}$ || leuaqʒ $BSV^{a}V^{b}e$ || 25 arctoȩ $BV^{b}e$ || arctos (os *in ras.*) $V^{a}$ || arctoae ***P*** || artoe ***S*** || romane ***V*** || romanae $V^{b}e$ || urse ***S*** || 26 Plaustraque quae ***AB*** || Plaustraq. quae $PV^{a}$ || Plaustra queq' ***E*** || Plaustra quaeque *g* || Plaustra queqʒ ***S*** || Plaustrum uel facies $VV^{b}e$ || plaustraue *Grotius* || uera $PSVV^{a}V^{b}e$ || uerae *Barthius apud Orell.* || 27 Trestē onerotisq. ***A*** || polisque $B^{1}$ || quaternȩ *corr. ex* quaterrȩ ***P*** || quaterne $V^{b}$ || quime ***S*** || 28 Simellus ***A*** || si meliust *proposuit Orellius* || 29 capud ***AS*** || ulterius $B^{1}E$ ||

alterius lucet; pronas rapit orbis in ipsos
decliuis umeros. ueteri si gratia famae,
Cresia uos tellus aluit, moderator Olympi
donauit caelo; meritum custodia fecit,
quod fidae comites prima incunabula magni
fouerunt Iouis, attonitae cum furta parentis
aerea pulsantes mendaci cymbala dextra,
uagitus pueri patrias ne tangeret auris,
Dictaei texere adytis famuli Corybantes.
hinc Iouis altrices Helice Cynosuraque fulgent.
dat Grais Helice cursus maioribus astris,
Phoenicas Cynosura regit. sed candida tota
et liquido splendore Helice nitet; haut prius ulla,
cum sol oceano fulgentia condidit ora,
stella micat caelo, septem quam Cresia flammis.

30 relucet ***B*** || axis ***BE*** || 31 declinis ***$AV^aS$*** || declines ***BEP*** || humeros ***B*** *reliqui et* ***e*** || ueteris ***$ABEPSVV^aV^be$*** || ueteri ***Grotius*** || sic ***BE*** || fame ***S*** || forme ***V*** || formę $V^b$ || 32 Cressia *corr. in* Cresia ***P*** || nos ***$SV^a$*** || habuit ***$V^b$*** || abuit ***e*** || olimpi ***$BPV^b$*** || olȳpy ***S*** || 33 donabat ***$B^1$*** || celo ***$SV^b$*** || meritā ***P*** || 34 Quid ***$B^1$*** || fide ***AP*** || fide ***$B^1$*** *corr.* ***$B^2$*** || fides (s *deleta*) ***S*** || fidei ***$VV^be$*** || magna P || 35 *uersum a* ***$B^1$*** *omissum addidit* ***$B^2$*** || *om.* ***E*** || Fuderunt ***$VV^be$*** || attonite ***$V^b$*** || 36 Aera ***$V^b$*** || pulsabant ***$V^a$*** || mendaci* (s *erasa*, i *non superscripta, ut uoluit Orellius*) ***B*** || cimbala ***$SV^b$*** || 37 aures ***B*** (*ex* auris *correct.*) ***P*** *reliqui et* ***e*** || 38 dictae aetexere dei ***A*** || dictei texere <u>datis</u> ***$B^1E$*** dei ***$B^2$*** || Dictei texere datis famuli ***g*** || dicta exercent dominae ***F*** || Dictę aętexere dī ***P*** || Dicta exercere dee ***S*** || Dicta exercere domine ***$VV^b$*** || Dicteę exercere deę famuli ***$V^a$*** || Dicta exercere dominae ***e*** || Dictaei texere Atydis ***Grotius*** || Dictaeae tegerent dominae ***Barthius*** || Dictaeis texere adytis ***Heinsius ap. Orell.*** || Dictaei texere adytis ***Schraderus ibid.*** || choribantes ***B*** || chorybantes ***E*** || corypantes ***P*** || corȳbantes ***S*** || coribantes ***$VV^aV^be$*** || 39 Hic ***$VV^be$*** || helyce ***$SV^be$*** || cinosuraq. ***B*** || 40 gra*is ***B*** || helyce ***$SVV^be$*** || cursum ***BE*** || maiorbus ***e*** || 41 phenicas ***A*** || Phenicas ***$PVV^be$*** || Phęnicas ***$BV^a$*** || cynos ura ***A*** || secundidatota *corr. in* se$^{d}$candidatota ***P*** || 42 hęlice ***B*** || helyce ***$SVV^b$*** || *post* Helice, *non post* nitet *interpungunt* ***$V^be$*** || haud *praeter* ***A*** *omnes et* ***e*** || 43 occeano ***$VV^aV^b$*** || 44 qua ***$VV^be$*** || clesia ***S*** || flamis (s *in trium fere litterarum rasura*) ***SV*** ||

certior est Cynosura tamen sulcantibus aequor,
quippe breuis totam fido se cardine uertit
Sidoniamque ratem numquam spectata fefellit.
Has inter medias abrupti fluminis instar
inmanis s e r p e n s sinuosa uolumina torquet
hinc atque hinc superaque illas mirabile monstrum.
cauda Helicen supra tendit, redit ad Cynosuran
squamigero lapsu; qua desinit ultima cauda,
hac caput est Helices; flexu conprenditur alto
serpentis Cynosura; ille explicat amplius orbes
sublatusque retro maiorem respicit arcton.
ardent ingentes oculi, caua tempora claris
ornantur flammis, mento sedet unicus ignis.
tempus dexterius qua signat stella draconis
quaque sedet mentum, lucetque nouissima cauda

45 equor $V^b$ || 46 cardinę *P* || 47 Sydoniamq. $V^a$ || Sidominamqȝ $V^b$ || 47 *sq.* fefellit ⸗ ab inter *A* || 48 De dracone *inscriptio* $V^a$ || Ast *P* || abrigui *S* || luminis $VV^b$ || liminis *e* || Has inter rigui medias ad fluminis instar $V^a$ || 49 immanis B *et praeter APS reliqui e* || uersat $B^1e$ || 50 supraque $ABEPVV^b$ || supraq. $V^a$ || sup̄ q̄ȝ illas mirabilē monstret *S* || superaque *Grotius probante Frey nou. mus. rhen. XIII* 413 || 51 C$\overset{v}{\text{a}}$nda *P* || superat tenditatcynos uran *A* || pene ad B² || Helicen superat tendit simul ad *F* || helicen superat tendit pene ad *P* || helycen superat tendit ad cynos uran *S* || helicem supat tendit simul ad *V* || helicē supat, fedit caput ad $V^a$ || helycē superat . tendit simul ad $V^be$ || Cynosuram $BEVV^aV^be$ || 52 squammigero *V* || caude *V* || 53 capud *AS* || helyces $SV^be$ || fluxu *P* || flexolo *S* || conpraenditur *A* || comprenditur $BEVV^ae$ || conprehenditur *P* || comprehenditur $V^b$ || 54 cinosura *B* || cynosure ille $VV^b$ || Serpentis : cynosurae ille *e* || urbes $SV^a$ || 55 arctoɴ *P* || arton *S* || arcthon $V^a$ || 57 Ornatur $V^b$ || flamis $V^a$ || 58 quae *AV* || q̄. *P* || que $V^b$ || dexteri$\overset{us}{\text{q}}$uę B¹ dexteriquē B² || dexterius signat quoq. stella $SV^a$ || qua *Grotius* || 59 quaeque $ABEPSVV^ae$ || quaque *Grotius* || Queqȝ $V^b$ || quaeque $s_2$ et mento $SV^a$ || mento *codd. omnes et e* || mentum *Grotius* || luxere nouissima caudae *Grotius* || 58 quae 59 quaeque 60 lucent qua proxime cauda *Frey l. l.* 415 *sq.* ||

extremumque Helices sidus micat. hac radiatur
serpentis decliue caput, qua proxima signa
occasus ortusque uno tanguntur ab orbe,
oceani tumidis ignotae fluctibus arctoe,
semper inocciduis seruantes ignibus axem.
Haud procul effigies inde est defecta labore.
non illi nomen, non magni causa laboris,
dextro namque genu nixus diuersaque tendens
bracchia, suppliciter passis ad numina palmis,
serpentis capiti figit uestigia laeua.
Tum fessi subter costas atque ardua terga
clara Ariadnaeo sacratast igne corona,
hunc illi Bacchus thalami memor addit honorem.

60 extremum qua *Grotius Orellius cf. Luc. Müller de re metr. p.* 284 || Helicis *A* || helyces *S* || helyce *$VV^b$* || helice *e* || sydus *$PV^b$* || ac *codd. omnes et e* || hac *Grotius* || 61 decline *$ABEPSVV^aV^bg$* || capud *A* || capd' *S* || quae *AEPge* || q̄ *S* || sic *$B^1$* quae *$B^2$* || qua *Grotius* || 62 ore *codd. omnes et e* || orbe *Grotius* || 63 occeani *$SVV^aV^b$* || ignote *$AV^b$* || ignitę *P* || arctę *P* || arcthos *$V^b$* || 64 in occiduis *$VV^be$* || seruant ex ignibus *Schwartzius* || axen *S* || *hunc uersum secuntur u.* 90—95, *tum u.* 71—89 *in BE* || '*draconem sequitur arctophylax, arctophylacem corona, coronam ophiuchus, ophiuchum uirgo*' *Grotius* || *u.* 65—69 *omittunt BEg* || 65 Haut *V* || efficiens *$APVV^aV^be$* || effigīe *S* || effigies *Grotius* || unde *praeter P omnes et e* || labere *$V^aS$* || 66 numen *$APSVV^aV^be$* || numen non illi *$V^a$* || 67 nanq; *V* || 68 brachia *$PSVV^ae$* || pansis *$SVV^a$* || parsis *$V^be$* || nūmina *S* || 69 capti *e* || fugit *mutat. in* fi*git *A* || saeua *APe* || seua *$SVV^aV^b$* || scaeua *Scriuerius ap. Buhl.* || laeua *Grotius* || *u.* 70 *omittunt $BEVV^bge$* || 70 SUTER *$A^1$* P *addidit $A^2$* || subter *Orellius* || sup̣ *$PSV^a$* || *u.* 71—89 *omisso u.* 83 *exhibent post u.* 95 *BE* || Ariadneos sacrata stigne *A* || ARIANNEO SACRATA EST *B* sacrata est *Eg* || ariadneossacratęst *P* || adriadne obsecrat. astatq; igne corona *S* || adrianee (*decem fere litterarum spatio interiecto*) stat igne corona *V* || adriadneo sacrat astatq. igne *$V^a$* || Ara ariadneae propius stat igne coronae (ae *ex* a *altera manu correctum uidetur*) *$V^b$* || Lara ariadneae propius stat igne corona *e* || clara Ariadneae prope qua stant signa coronae *Schwartzius* || 72 brachiis *V* || bacus *$V^a$* || talami *S* ||

terga nitent stellis, at qua se uertice tollit
succiduis genibus lassum et miserabile sidus,
hac ophiuchus erit. longe caput ante notabis
et uastos umeros, tum cetera membra secuntur.
illis languet honos, umeris manet integer ardor,
luna etiam mensem cum pleno diuidit orbe.
lux tenuis manibus, per quas elabitur anguis,
pressus utraque manu, medium cingens ophiuchum.
scorpios ima pedum tangit, sed planta sinistra
in tergo residet, uestigia dextera pendent.
inpar est manibus pondus, nam dextera paruam
partem anguis retinet, per laeuam attollitur omnis,
quantumque ab laeua distantia serta notantur,
erigitur tantum serpens atque ultima mento
stella sub aetheria lucet crinita corona.
at qua se dorso sinuabit lubricus anguis,
insigni caelum perfundent lumine chelae.

thalmi $V^b$ || honore $V^b$ || 73 aquas euertice *A* || ad quas se uertice *B* || aqua *PS* || a quo $VV^be$ || a qua $V^a$ || 74 succidus *A* || Succiduus $PV^a$ || lapsum $APSVV^aV^bg$ || et *om.* $V^a$ || sidus *om.* $APVV^be$ || miserabile pandit $\dot{S}V^a$ || *post hunc uersum octo lineae in fine paginae uacuae sunt relictae B* || 75 Hic $APSVV^aV^be$ || ophiucus *BP* || ophiochus *S* || ophyocus $V^a$ || *post* erit *non interpungunt* $AVV^aV^be$ || capud *AS* || nitendo $APVV^be$ || notabilis *Bg* || ante intendens $SV^a$ || 76 dum *AP* || caetera *e* || menbra S || sequuntur $BVV^aV^bge$ || 77 Illic languet hŭor humeris *V* || humeris manus $VV^be$ || 78 pleno mense cum *B* || pleno mensem quum *Eg* || luna ut iam pleno mensem cum diuidit orbe *Rutgersius lect. Venus.* 279 *Burm.* orbes *B* || 80 cyngens *e* || ophiucum *BP* || ophiocū *S* || ophyuchum *V* || ophyocū $V^a$ || ophiochum $V^be$ || 81 Scorpius $BVV^bg$ || Scropius *e* || pede *P* || 82 destera *A* || 83 *omittunt BEg* || impar *AP* || Est impar $VV^be$ || iam *AP* || parua *AP* || pua $SV^a$ || 84 remanet $V^b$ || leuum *B* || leuam $V^aV^be$ || 85 Quantumcūq; *V* || ad leuam *B* || ab leua $PV^a$ || a leua $VV^be$ || sexta *V* || 86 Errigitur *V* || 87 aetherea $V^ae$ || etherea $VV^b$ || fulget *BEg* || 88 ad qua *Eg* || ad quam $VV^b$ || ad quas edorsos inuadit $SV^a$ || drorsos inuabit (r *addidit* $A^2$) *A* || peruadet *Grotius* || 89 Insignis $ASV^a$ || Insig-

Ipsam Helicen sequitur senior baculoque minatur,
siue ille arctophylax seu Bacchi ob munera caesus
Icarus ereptam pensauit sidere uitam.
non illi obscurum caput est, non tristia membra,
sed proprio tamen una micat sub nomine flamma,
arcturum dixere, sinus qua uincula nodant.
Virginis inde subest facies, cui plena sinistra
fulget spica manu maturisque ardet aristis.
quam te, diua, uocem? tangunt mortalia si te
carmina nec surdam praebes uenerantibus aurem,
exosa heu mortale genus, medio mihi cursu
stabunt quadrupedes et flexis laetus habenis
teque tuumque canam terris uenerabile numen.
Aurea pacati regeres cum saecula mundi,
Iustitia inuiolata malis, placidissima uirgo,
siue illa Astraei genus es, quem fama parentem

nes $VV^b$ || per eundē *BE* || perfundunt $VV^b$ || chele $V^a$ || *hunc uersum sequitur u.* 96, *u.* 90 *litteris maiusculis scriptus legitur post u.* 64 *in B* || 90 Inde ELIÇEN *A* (Ƚ Ṭ *add.* $A^2$) || Indelicen *P* || Inde $SVV^ae$ || helycē *e* || senio *S* || IACOLOQ· *B* || iaculoque *Eg* || minantur *A* || minatus *Buhlius* || 91 Siuelle *A* || Seu ille *B* || Siuerte *P* || Si uelle $SV^a$ || Se uelle $VV^be$ || Siue ille *Eg* || arto philax *A* || arthophylax *B* || arctophilax e || eu brachio munera cecus *A* || seu *om. B* || bacchino munere cesus *B* || brachio munera c&us *P* || eubracchio munera cecus *S* || eu brachia munera caecus $V^a$ || brachiorum munera caecus $VV^be$ || Bacchi ob munera caesus *Grotius* || 92 Icarius *A* || Icharus $V^a$ || pensabit *BEg* || munera ripam *AP* || munere ripam $SVV^aV^be$ || 93 capud *A* || capd' *S* || 94 numine $SV^a$ || flama $V^a$ || *uersum* 95 *uacuo nouem linearum spatio intermisso excipit u.* 71, *u.* 96 *legitur post u.* 89 *in B* || 96 *hunc uersum om.* $VV^be$ || 97 *hunc uersum om. BEg* || Fulgent *V* || spicula manum *A* || 98 *post* uocem *non interpungunt ABPV* || Qua te B || diuā *P* || uocant $V^aV^be$ || mortalia siti *B* || 99 Carmina . *B* || surdū *P* || prebes *ABP* || orbem *P* || 100 mediomine curru *B* || curru *Eg* || michi $V^a$ || 101 quadripedes *BE* || flexus *P* || letus $BV^aV^b$ || 102 tuum *V* || 103 regeret *ABe* || reger& *P* || regeres *Grotius* || saeculi *A* || 104 inuiolatam aliis *A* || cū uiolatā aliis *P* || uirga *A* || uirgo *ex* uerbo *corr. B* || 105 Seu *B* || illi *e* || astra etgenus est *A* ||

tradidit astrorum, seu uera intercidit aeuo
ortus fama tui, mediis te laeta ferebas
sublimis populis nec dedignata subire
tecta hominum et puros sine crimine, diua, penatis,
iura dabas cultuque nouo rude uulgus in omnem
formabas uitae sinceris artibus usum.
nondum uesanos rabies nudauerat ensis
nec consanguineis fuerat discordia nota,
ignotique maris cursus priuataque tellus
grata satis, neque per dubios auidissima uentos
spes procul amotas fabricata naue petebat
diuitias, fructusque dabat placata colono
sponte sua tellus nec parui terminus agri
praestabat dominis, sine eo tutissima, rura.
At postquam argenti creuit deformior aetas,
rarius inuisit maculatas fraudibus urbis
seraque ab excelsis descendens montibus ore
uelato tristique genas abscondita rica,
nulliusque larem, nullos adit illa penatis.

• astrei genus est ***B*** || astra& genus est ***P*** || astra genus fuerit ***e*** || Astraei genus es ***Grotius*** || quam ***P*** || 106 seu uero ***B*** || seuero ***e*** || intercipit ***APe*** || 107 Orius ***A*** || Orius famat in ***P*** || tela etaſerebas ***A*** || 108 sublimem in populis ***coni. Barthius*** || designata ***Ae*** || 109 penates ***om. AP*** || penates ***B*** || puros mores sine crimine diue ***e*** || 110 nouoru deuulgus ***A*** || omnes ***B*** || 111 sinceros ***B*** || usus ***B*** || 112 uesano ***AP*** || enses ***B*** || 113 consanguinis ***A*** || discordia non ***A*** || ***cf. Lactant. inst. V*** 5 || 114 proauitaque ***Schwartzius probante Orellio, at cf. Lachmann. ad Lucret. I*** 360 || 115 neque pertutos ***A*** || ꝓdutos ***P*** || 116 Sed procul ***e*** || naui ***A*** || petebant ***ABe*** || petebat ***P et Grotius*** || 117 Diuitiasq. fructusq. ***P*** || 118 terminis ***A*** || 119 Prestabat ***P*** || signo ***ABPe*** || dominis, sine eo tutissima, rura ***Lachmannus ad Lucret. I*** 360 iustissima ***coni. Orellius*** || signata limine rura ***Frey nou. mus. Rhen. XIII*** 414 || 120 creuit argenti ***AP*** || 121 Raribus ***B*** || inuasit ***ABP*** || inuassit ***e*** || inuisit ***Eg*** || urbes ***BPe*** || 122 ab ea descendens ***AP*** || 123 tristisque ***APe*** || tristesque ***B*** || tristique ***Grotius*** || genus ***P*** || abscondit a ripa ***A*** || abscondit aripa ***P*** || ripa ***Be*** || uitta ***Grotius*** || rica ***Salmasius ad Tertullian. de pallio. Lutet. Paris.*** 1622. 8. ***p.*** 117. ***cf. Orelli. p.*** 211 || 124 Nullus

tantum cum trepidum uulgus coetusque notauit
increpat 'o patrum suboles oblita priorum,
degeneres semper semperque habitura minores,
quid me, cuius abit usus, per uota uocatis?
quaerenda est sedes nobis noua, saecula uestra
artibus indomitis tradam scelerique cruento.'
haec effata super montis abit alite cursu,
attonitos linquens populos grauiora pauentis.
Aerea sed postquam proles terris data nec iam
semina uirtutis uitiis demersa resistunt
ferrique inuento mens est laetata metallo
polluit et taurus mensas assuetus aratro,
deseruit propere terras iustissima uirgo
et caelist sortita locum, qua proximus illi
tardus in occasum sequitur sua plaustra Bootes.
Virginis at placidae praestanti lumine signat
stella umeros. Helicen ignis non clarior ambit,
quique micat cauda quique armum fulget ad ipsum
quique priora tenet uestigia quique secunda

tunc larem. nullos *B* || nullosque *Schwartzius* || penates *Be* || 125 Tamtum *A* || notauitque coetus *A* || cetusque notabat *B* || c&usq. notauit *P* || cetusque notauit *e* || coetusque uocauit *Buhlius* || 126 Increpato patrum *A* || Increpito patrum *e* || soboles *Be* || 127 Degeneres semperque habitura *AP* || Degeneres habuit semperque habitura *e* || minoris *AP* || nepotes *Grotius* || 128 cuius habitus super uocata *A* || cuius habitus sup uocata *P* || nunc habitus super et mala uota *e* || precatis *B* || precaris *Schwartzius* || 129 Querenda *BP* || 130 tradat *e* || student *Buhlius* || 131 eff&a P || montes *B* || monitus *e* || petit *B* || 132 pauentes *e* || 134 dimensa *B* || *post hunc uersum legitur u.* 143, *qui postea suo loco inuenitur APe* || 136 adsuetus *B* || 137 proprie *AB* || proprię *P* || propere *e Lactant. inst. V* 5 || 138 caeli sortita *ABPe* || em caeli sortita *Grotius* || caeli sortitura locum *Schwartzius* || in stellis sortita locum *idem* || caelist *ego* || 139 tardius *e* || occasu *ABPe* || occasum *e* || 140 placide *B* || prestantes *B* || prestanti *P* || lumina *B* || 141 helycenq. *e* || nunc *P* || 142 quodque *B* || cauda micat *P* || quodque *B* || *u.* 143 *omittit B subditicium*

clunibus hirsutis et qui sua sidera reddit,
namque alii, quibus expletur ceruixque caputque,
uatibus ignoti priscis sine honore feruntur.
  Qua media est Helice, subiectum respice cancrum;
at capiti suberunt gemini. qua posterior pes,
horrentisque iubas et fuluum cerne leonem.

*suspicatur Frey, progr. Culmen. a.* 1861 *p. XII* || 143 quisquis *A* || quisq. *P* || prior tenet *A* || quinque *A* || quisq. *P* || 144 aliae *ABe* || alii *Grotius* || glunibus hyrsutis *P* || et qua *B* || 145 expletum *A* || ex*pletum *P* || ceruix *P* || capudque *A* || 146 ignotis *APe* || ignote *B* || ignoti *Grotius* || *post u.* 146 *haec leguntur in B*:

1 AT CAPITIS SVBERVNT GEMINI PROLEMQVE TONANTIS [*cf. Germanic.* 148 *et Auienus* 370
2 Aegregiam et proprio post reddita numina caelo [*Auienus* 371
3 Nam Lache demonius cum Mars caluisset Aphidnis [*Auienus* 372
4 Castor acecropi tulit incrementia belli [*Auienus* 373
5 At frater lucemque et fata superstitit aeui [*Auienus* 374
6 Protinus alternae germanos tempora uitae [*Auienus* 376
7 Iuppiter attollit caelique in celsa receptans [*Auienus* 377
8 Aeternae flagrare facis iubet ignibus ambos. [*Auienus* 378

*post uacuum decem linearum spatium:*

9 QVA MEDIA HELICEN SVBIECTVM RESPICE CANCRVM [*Germanic.* 147
10 Qua pede posterior et duro concaua dorso [*Germ.* 148 *Auien.* 383
11 Tegmina curuantur geminas micat ardor in auras [*Auienus* 384
12 Forma solis dispar chelerum flamma coruscat [*Auienus* 388
13 Namque tribus stellis adoletur dextera cancro. [*Auienus* 389
14 Leua duas pigro succedit fomite flammas. [*Auienus* 390

*iterum uacuo decem linearum spatio relicto:*

15 ORA FREMENTIS ABHINC TV RESPICE FORTE VIATOR
16 Horrentisque iubas et fuluum cerne leonem. [*Germanic.* 149

*Cum B conspirat E, nisi quod praebet u.* 1 capiti 2 Egregiam 3 Lacedaemoniis 4 in clementia 9 Helice 10 Qua posterior pes 12 Forma sedet — chelarum 14 succendit. *idem uersus praeter quartum et quintum legebantur in codice Grotii g.* || *u.* 147 *et* 148 *bis leguntur ante scholia et post ea in AP* || 147 quam *AP* || hlyce *e* || 148 accipitis *ante scholia,* accipiti *post scholia A* || accipiti *utrobique P* || ad capitis *B* || ancipitis suberit *e* || pars *e* || 149 uuluum *A* ||

hunc ubi contigerit Phoebi uiolentior axis,
accensa in cancro iam tum geminabitur aestas.
tunc lymphae tenues, tunc est tristissima tellus
et densas laetus segetes bene condit arator.
ne mihi tunc remis pulset uada caerula puppis;
dem potius uentis excusso uela rudente
excipiamque sinu zephyris spirantibus auras.
Est etiam aurigae facies, siue Atthide terra
natus Erichthonius, qui primus sub iuga duxit
quadrupedes, seu Myrtoas demersus in undas
Myrtilos. hunc potius species in sidere reddit,
sic nulli currus, sic ruptis maestus habenis
perfidia Pelopis raptam gemit Hippodamiam.
ipse ingens transuersus abit laeua geminorum
maiorisque ursae contra delabitur ora.
numina praeterea secum trahit, una putatur

150 contingerit *A* || phebi *AP* || 151 tunc *e* || 152 hinc *B* || nimfę *B* || nimphę *P* || tristissitellus *A* || 153 letus *B* || segentes *A* || condet *ABP* || aratro *AP* || 154 nemini *A* || tum *B* || remistu isset *A* || uaga *A* || 155 neu potius *B* || excluso *Ae* || exclude *P* || ridente *A* || rudenti *B* || 156 excipiantque sinus *B* || zephiris *ABPe* || furentibus *P* || auris *A* || *post hunc uersum in fine paginae uacuum sex fere linearum spatium, pagina sequenti sequitur u.* 241 157 MAURIGAE (M *hasta transfixa*) *A* || aurige *P* || Atthide terra *om. AP* || inclyta forma *lacunae cod. A inscripsit manus saec. XV uel ut Hertzio uidetur saec. XVI* || inclyta forma *e* || Atthide terra *Eg* || 158 erythonius *A* || Erichthonius *g* || ericthonius *P* || herictonius *e* || qui tribus *A* || qui curru *e* || 159 QUADRI$\overset{P}{T}$EDES *A* || Quadri$\overset{P}{p}$edes *P* || MYSTEAS *A* || mirteas *P* || 160 MIRTYLOS (I *in ras.*) HUNTOTIUS (*priore* T *hasta transfixa*) — SIDERE $\overset{r}{A}$EDDIT (p *et* r *addidit* $A^2$) *A* || Mirtilios *P* || speties *e* || sydere *P* || 161 cursus *e* || ruttis *A* || moestus *e* || 162 perfidiam *e* || $\overset{p}{t}$elopis (t *deleta*) *A* || rattam *A* || hippodiam *A* || 163 leua *e* || adit laeuam *Grotius* || 165 numia *A* || illa putatur *Lactant. instit. I* 21 ||

nutrix esse Iouis, si uere Iuppiter infans
ubera Cretaeae mulsit fidissima caprae,
sidere quae claro gratum testatur alumnum.
hanc Auriga umero totam gerit, at manus haedos
ostendit, nautis inimicum sidus, ubi illos
orbis ab oceano celsos rapit; haut semel haedi
iactatam uidere ratem nautasque pauentis
sparsaque per saeuos morientum corpora fluctus.
    Aurigae pedibus trux adiacet ignea taurus,
cornua fronte gerens et lucidus ore minaci.
quamlibet ignarum caeli sua forma docebit,
et caput et patulae naris et cornua tauri.
fronte micant hyades. qua cornus flamma sinistri
summa tenet, subit haec eadem uestigia dextra
aurigae mediaque ligat compagine diuos.
Myrtilos exoritur summo cum fluctibus ore,
totus cum tauro lucet; ruit oceano bos
ante, super terras cum fulget Myrtilos ore.

167 cretę emuisit *A* || cr&eę *P* || creteae *c* || 168 gratum te gestat *e* || sidere testatur quae claro gratum alumnum *Buhlius, in notis ex Lactantio correxit* || 169 humero *P* || ad *AP* || humero portans at manibus *Buhlius, in notis Grotium secutus* || 170 sidus sub *A* || sydus *P* || sidus in undis *e* || *u.* 171 *in margine superiore codicis A additus a manu scriptoris uel aequali* || ad *A* || oceanum *P* || celsus *APe* || celsos *Schwartzius* || aut *AP* || haud *e* *Grotius* || hedi *e* || 172 pauentes *Pe* || 173 ter saeuos *A* || scaeuos *e* || morientium *P* || 174 AURIAE *A* || ATIACET (*priorem* T *transfixit* $A^2$) IGNEA- C TEDURUS (D *hasta transfixa*) *A* || 175 gerent *A* || igne minaci *e* || 176 quem liber *APe* || quemlibet *Eg* || quamlibet *Grotius* || ignorum *A* || formando *e* || docebat *Ae* || docer& *P* || 177 capud *A* || patulas *APe* || patulae *Grotius* || nauis *A* || nares *e* || 178 hiades *P* || cornua *APe* || cornus *E* || 180 ligant *APe* || ligat *Grotius* || 181 Myrtilus $A^2$ || piscibus *APe* || fluctibus *Eg* || *u.* 182 *et* 183 *addidit* $A^2$ || 182 o oceanobis *A* || oceono *P* || 183 myrtilius *A* || myrtilus *Pe* || quam fulget *suspicatur Orellius* ||

Iasides etiam caelum cum coniuge Cepheus
ascendit totaque domo, quia Iuppiter auctor
est generis — prodest maiestas saepe parentis.
ipse breuem patulis manibus stat post Cynosuram
diducto passu. quantum latus a pede dextro
Cepheos extremam tangit Cynosurida caudam,
tantundem ab laeuo distat; minor utraque iungit
regula Cepheos uestigia. balteus ambit
qua latus, ad flexum sinuosi respicit anguis.
Cassiepia uirum residet sublimis ad ipsum,
clara, etiam pernox caelo cum luna refulsit,
sed breuis et paucis decorata in sidere flammis.
qualis ferratos subicit clauicula dentes,
succutit et foribus praeducti uincula claustri,
talis disposita est stellis. ipsa horrida uultu
sic tendit palmas, ceu sit planctura relictam
Andromedam, meritae non iusta piacula matris.
Nec procul Andromede, totam quam cernere posse
obscura sub nocte licet, sic emicat ore,
sic magnis umeris candet nitor. hanc media ambit
ignea substricta lucet qua zonula palla.

184 Lasides ***P*** || CONIUGĘ PHAEWS ***A*** || 185 qua ***P*** || 186 prudesti ***A*** || sepe ***A*** || 187 stat posicynosuram ***A*** || cinosurā ***P*** || 188 passim ***APe*** || passu ***Eg*** || quantus ***P*** || 189 cynosura ***AP*** || 190 tantum demabia euo distat ***A*** || distat minor: utraque ***e*** || disterminat ***Grotius*** || 191 baltheus e || 192 ADFLIXUM ***A*** || adflexum ***P*** || afflexum ***e*** || ac flexum ***Grotius*** || hac flexum ***Schwartzius*** || 193 Casiepia ***AP*** || Cassiepea ***Grotius*** || Cassiepeia ***Buhlius*** || 194 pèrnix ***APe*** || nox ***Eg*** || pernox ***Grotius*** || cum stellas luna reuulsit ***Grotius*** || 196 subiicit e || obicit ***Eg*** || obici ***Grotius*** || 197 floribus ***P*** || praeducit ***APe*** || praedicti ***g*** || praeducti ***E Oudendorp. ad Apul. Met. IV*** 10 || 198 dispositis stellis ***AP*** || dispositis telis ipsa e || orrida ***A*** || 199 ceu si ***AEPge*** || ceu sit ***Grotius*** || 201 andromedę ***P*** || andromedā ***e*** || CERNERE NOTV ***A*** || cernere n̄dū ***P*** || cernere nondum ***e*** || cernere posse ***Eg*** || 203 humeris ***A*** || •magnus ***c*** || candit ***P*** || candor nitet ***e*** || ac media ***APe*** || hanc media ***Eg*** || 204 sustricta ***A*** ||

sed poenae facies remanet districtaque pandit
bracchia, ceu duri teneantur robore saxi.
Andromedae capiti sonipes supereminet ales,
uertice et Andromedae radiat quae stella, sub ipsa
aluo fulget equi, tres armos et latera aequis
distinguunt spatiis, capiti tristissima forma
et ceruix sine honore obscuro lumine sordet.
spumanti mandit sed qua ferus ore lupata,
et capite et longa ceruice insignior exit
stella nitens, armis laterique simillima magno.
nec totam ille tamen formam per singula reddit.
primo praestat equum, medio rupta ordine membra
destituunt uisus, rudis inde adsurgit imago.
Gorgonis hic proles. in Pierio Helicone,
uertice cum summo nondum decurreret unda,
Museos fontis dextri pedis ictibus hausit.
inde liquor genitus nomen tenet Hippocrenes;
fontes nomen habent. sed Pegasus aethere summo
uelocis agitat pennas et sidere gaudet.

fulget qua *e* || zouula *e* || talla *A* || 205 poene *AP* || destrictaque *AP* || distractaque *Eg* || districtaque *e* || 206 Brachia *A* || ceu magni *e* || 207 *omittunt APe* || 208 uertice et *Eg om. APe* || Andromedae radiatq. stella sub ipsa *A* || Andromedę radiatq. stellam sub ipsa *P* || Andromedae uero radiat qua stella sub ipsa *e* || 209 albo *APe* || aluo *Eg* || equus *e* || ARMOSED *A* || armo sed *Pe* || armos et *Eg* || 210 destringunt *A* || Destingunt *P* || Distingunt *e* || distinguunt *Eg* || lapiti *P* || trististissima *A* || 211 obscure *A* || mandet set quae *A* || mandit seque *Eg* || sord& sed quae *P* || sed quae *e* || sed qua *Grotius* || lupato *APe* || lupata *Grotius* || 213 longe *Ae* || ceruce *e* || 214 sella *e* || armis largiq. *A* || armis larique *P* || 216 primum *Grotius* || prestat *AP* || equoammedior apta *A* || equo medio rapta *Pe* || equum medio rupta *E* || 217 radiis unde absurgit *AP* || radiis hinc surgit *e* || rudis inde assurgit *Eg* || imago *correct. ex* imigo *A* || 218 hinc *e* || implerio *A* || Implerio *P* || imperio *g* || 219 decurret *A* || discurreret *Eg* || 221 nomen dedit *e* || hipocrenem *A* || hypocrenē *P* || Hippocrenem *e* || Hippucrenes *E Orellius* Hippocrenes *g* || 222 fontes inq·men *A* || Fontis nomen *Eg* || Fontes inquemem *P* || Fontes nomen *e* || Fons id nomen habet *Grotius* || Fontis nomen habes *Orellius* || Fontes nomen habent *probauit Frey nou. mus. Rhen. XIII* 413 || 223 uelocisagittat *A* ||

Inde subest aries, qui longe maxima currens
orbe suo spatia ad finem non tardius ursa
peruenit et quanto grauiore Lycaonis arctos
axem actu torquet, tanto pernicior ille
distantis cornu properat contingere metas.
clara nec est illi facies nec sidera possunt,
officiat si luna, sua uirtute nitere.
sed quaerendus erit zonae e regione micantis
Andromedae; terit hic medii diuortia mundi,
ut chelae, candens ut balteus Orionis.
Est etiam propiore deum cognoscere signo,
deltoton si quis — donum hoc spectabile Nili
diuitibus generatum undis — in sede notabit.
tris illi laterum ductus, aequata duorum
sunt spatia, unius breuior, sed clarior igne.
hunc aries iuxta. medium deltoton habebit
inter lanigeri tergum et Cepheida maestam.
Hunc ultra gemini pisces, quorum alter in austrum

Uelocis. agittat ***P*** || pinnas ***E*** || sydere ***P*** || *u.* 224 *omittunt* ***AP*** || 224 torrens *e* || currens *Eg* || 225 suo *om.* ***AP*** || uram ***AP*** || ursae *Eg* || ursa *Grotius* || Orbis: et ad finem spatiis non tardior horam *e* || 226 quando ***APe*** || quanto *Eg* || breuiore ***E*** *coniecit Grotius* || licaonis ***AP*** || 227 axem actutor quet ***A*** || axem uel tutor quem *e* || gratior *e* || 228 distantes cursu *Grotius* || contingerem&as ***P*** || 229 claraue nec illi est *e* || sydera ***P*** || 230 nitire ***A*** || 231 querendus ***AP*** || quaerendum *Eg* || zona erigione ***A*** || zonae regione ***P*** || zonae ratione *e* || zonae e regione *Grotius* || 232 erit ***AP*** || summi diuortia *Eg Grotius Orelli* || medii ***APe*** *cf. Arat.* 231 μεσσόθι δὲ τρίβει μέγαν οὐρανόν || 233 c̨ęlę (h *supra*) ***P*** || candens ut (*non* aut *ut adnotauit Orellius*) ***AP*** || candent ut *Eg* || aut *e* || 234 PROPRIRE ***A*** || propriore ***Pe*** || propiore *Eg* || 235 domum ***A*** || 236 zeneratum ***A*** || ueneratum *e* || ueneratum Indis *Barthius* || undẹs (i *supra*) ***P*** || notarit *e* || 237 ductos ***A*** || 238 Sunspatia unius. breuior ***A*** || ignis *Ege* || 239 hinc *Grotius* || iuxta modiū ***P*** || habebit. *e* || 240 Inter ea nigeri tergum etcephei damestam ***A*** || Intereanigeri ***P*** || mestum ***P*** || 241 hinc *Schwartzius* || austros ***B*** ||

tendit, Threicium boream petit alter et audit
stridentis auras, niueus quas procreat Haemus.
non illis liber cursus, sed uincula cauda
singula utrumque tenent uno coeuntia nodo.
nodum stella premit. piscis, qui respicit auras
Threicias, dextram Andromedae cernetur ad ulnam.
Subter utrumque pedem deuotae uirginis ales
Perseos effigies, seruatae grata puellae.
moles ipsa viri satis est testata parentem,
tantus ubique micat, tantum occupat ab Ioue caeli.
dextra sublata solium prope Cassiepiae
sublimis fulget pedibus properare uidetur
et uelle aligeris purum aethera findere plantis.
Poplite sub laeuo, tauri certissima signa,
Pleiades suberunt breuis et locus occupat omnes,
nec faciles cerni, nisi quod coeuntia plura
sidera communem ostendunt ex omnibus ignem.
septem traduntur numero, sed carpitur una,
deficiente oculo distinguere corpora parua.
nomina sed cunctis seruauit fida uetustas:
Electra Alcyoneque Celaenoque Meropeque

242 threcium *A* || reicium *B* || treicium *P* || et *omittunt AP* || altera: uidit *e* || 243 niueas *P Grotius* || hemus *Be* || 245 cingula *B* || utrunq. *e* || tenit *A* || tenet *P* || 246 Nondum *AP* || premit piscis *e* || 247 Threicia *A* || Treicia *P* || Threida *e* || androme decernantur *A* || andromede *P* || cernantur *BPg* || cernnt' *E* || cernuntur *e* || cernetur *Grotius* || ad illam *B* || *u.* 248—250 *omittunt APe* || 248 DEUOTE *B* || 249 seruate *B* || 251 ab *omittunt AP* || ione *P* || 252 dextera *ABP* || sublatae. *B* || similis *ABPg* || probe Casiepiam *A* || ppecusiepiam *P* || cassiepia *Bg* || dextra sublata solium prope Cassiepeae *Grotius* || 254 &thera *B* || tangere *APe* || *u.* 255—257 *omittunt APe* || 255 leuo . *B* || 256 PLIADES *B* || Pleiades *g* || 257 facile est *B* || faciles *Grotius* || 259 NUMEROSE CARPITUR *A* || 260 deficient *A* || distingere *AP* || parua *ex* paruo *corr. B* || 261 nomina *corr. ex* nemina *P* || seruabit *A* || 262 alcioneq. *Pe* || celenoq. *Ae* || caelenoq. *B* || *u.* 263 *om. e* ||

Asteropeque et Taygete et Maia parente
caelifero genitae, si uere sustinet Atlas
regna Iouis superosque atque ipso pondere gaudet.
lumine non multis Plias certauerit astris,
praecipuo sed honore ostendit tempora bina,
cum primum agricolam uentus †super immouet atri
et cum surgit hiems, portu fugienda peritis.
Quin etiam lyra Mercurio dilecta, deorum
†plurimulum accepte prohs caelo nitet ante labore
deuictam effigiem planta erecta †quoque dextra
tempora laeua premit torti subiecta draconis.

263 Asteropeque et Taygete et mala parente *A* || Asterope et taygete simul et mea parentem *B* || Asterope et taygete et mea parentem *E* || Asteropeq. et tayg&e & Maia parente *P* || Asterope et Taijete et Mea parentem *g* || Ac Sterope et Taygete et Maea parente *Grotius* || 264 genitaest uere *A* || genitas si uerus sustinet *corr. ex* siue rursus tinet *B* || genita est uere *P* || alas *AP* || adhlas *B* || athlas *e* || 265 adque *B* || 266 multo *e* || pliascertauerat *A* || plyas *e* || certauerat *P* || *u.* 267 *omittit B* || 267 tempore *e* || *u.* 268 *et* 269 *in codice Grotii post u.* 271 *positi erant*, *itaque 'alieno loco' librum ms.* aestas *referre in nota ad u.* 268 *Grotius dicit* || 268 super immouet atri *A* || supimmouet atri *P* || supimminet agri *B* || super imminet agri *E* || super iminet auster *e* || ueniens superimminet aestas *Grotius* || cum perit, agricolam uellens superimminet aestas *Schwartzius* || agricolae maturans imminet aestas *Voss. ad Aratum p.* 52. || *u.* 269 *omittit B*, *quem uersum in B transpositum post u.* 272 *dicit Orellius p.* 143 || 269 at cum *g* || hyemps *P* || hyems *e* || portu figienda *A* || ponto est fugienda *B* || ponto fugienda *g* || portu fugieda *e* || ponto, fugienda peritis *Grotius* || et cum surgit, hiems ponti fugienda *Schwartzius* || portu fugienda peritis *probauit Voss. l. l. coll. u.* 308 *sq.* iam nauita portu infestam noctem fugitat *et Verg. Georg. I* 374 *sq.* aut illum surgentem uallibus imis aeriae fugere grues || *u.* 270—272 *omittunt APe* || 271 Plurimulum accepte prohs celo *B* || Plurimulum accepta (*in notis* acceptae) prohs caelo *g* || Proli accepta pio caelo *Grotius* || deoque Primum affecta sacris cunis, nitet *Schwartzius* || 272 deuinctam *Voss. ad Arat. p.* 54 || plantae erecta quoque dextra *B* || planta erectaque dextra *g* || planta qua erecta sinistra *Grotius* || plantaque erecta sinistra *Buhlius* || 273 leua *e* || porti *AP* || tortis *Grotius*.

[summa genu subuorsa tenet, qua se lyra uoluit.]
Contra spectat auem uel Phoebi quae fuit olim
cygnus uel Ledae thalamis qui illapsus adulter
furta Iouis falsa uolucer sub imagine texit.
inter defectum sidus cygnumque nitentem
Mercurialis habet sedem lyra. multa uidebis
stellarum uacua in cygno, multa ignea rursus
aut medii fulgoris erunt. penna utraque laeta,
dexterior iuxta regalem Cepheos ulnam,
at laeua fugit instantem sibi Pegason ala.
piscibus interlucet equi latus, ad caput eius,
dextra manus latices qua fundit, aquarius exit.
quo prior aegoceros semper properare uidetur
oceano mersus sopitas condere flammas.
tum breuis occasus ortusque intercipit hora,
cum sol ambierit metas gelidi capricorni.
nam neque perficiet cursus et uota breuis lux,
et cum terrores auget nox atra marinos,
multum clamatos frustra exspectaueris ortus.

*u.* 274 *post u.* 608 *ponendum censuit Grotius* || 274 summam *e* || suborsa *A* || sub.orsa *P* || subuersa *Bge* || submersa *Grotius* || subuorsa *Frey nou. mus. Rhen. XIII* 411 || lira *B* || 275 ue $B^1$ uel $B^2$ || phebi *A* || phobi *P* || phebi *e* || qui *B* || 276 Cignus uelle daethalamis *A* || Cignus *P* || CIGNUS *B* || Cignus dethalams candens *e* || lapsus *AB Pe* || illapsus *Grotius* || *u.* 278—280 *omittunt APe* || 278 cignumque *B* || 280 signū. *B* cignū. *littera* s *erasa* $B^1$ || cygno *Grotius* || 281 pinna *E* || lata *Grotius* || 283 At fulget leua *B* || leua *Pe* || *u.* 284—286 *omittunt APe* || *ordo uersuum in codice B hic est:* 285, *post spatium uacuum fere decem linearum* 387—393, *aliquot lineis in fine paginae uacuis relictis* 286 *sqq.* || 285 qui *B* || qua *Grotius* || 286 cum primum ergo chero *B* || cum prior *Grotius* || 287 OCFANO $A^1$ *correxit* $A^2$ || 288 TUMBRES OCCASUS *A* || tum imbres *Pe* || ora *APe* || *u.* 289 *et* 290 *omittunt AP* || 290 nec uota *Buhlius* || *ante hunc uersum excidisse aliquid censet Frey nou. mus. Rhen. XIII* 418, *cui adsentiri non possum* || 292 spectauerat *AP* || spectaberis *B* || spectaueris *g* || spectauerit *e* || exspectaueris *Grotius* ||

tunc rigor aut rapidus ponto tunc incubat auster;
pigra ministeria, et nautis tremor alligat artus.
sed rationem animi temeraria pectora soluunt,
nulla dies oritur, quae iam uacua aequora cernat
puppibus, et semper tumidis ratis innatat undis.
in terra temptare undas iuuat, aspera sed cum
adsultat lateri deprensae spuma carinae,
tunc alii curuos prospectant litore portus
inuentasque alii terras pro munere narrant,
interea exanimat pauidos instantis aquae mons.
ast alii procul a terra iactantur in altum,
munit eos breue lignum et fata instantia pellit,
nam tantum a leto, quantum rate fluctibus, absunt.
   Belligeri Titan magnum cum contigit arcum
ducentemque ferum sinuato spicula neruo,
iam clausum ratione mare est, iam nauita portu
infestam noctem fugitat longasque tenebras.
signum erit exoriens nobis tum nocte suprema
scorpios, ille micat super freta caerula cauda.
insequitur grauis arcus et in lucem magis exit.

293 rọgor (i above) ***A*** || frigora ***B*** || 294 Nigra ***B*** || tarda ***e*** || occupat artus ***B*** || 295 E rationem anni ***A*** || Et rationem anni ***P*** || anni ***B*** || soluent ***APe*** || 296 qua ***B*** || cernant ***B*** || cernent ***P*** || 297 innatet ***e*** || 298 Anterratē temptare ***B*** || Interẹa ***Pe*** || inter ratem *g* || 299 adsaltat (u above a) ***A*** || deprẹnsẹ ***B*** || *u.* 300 *omittit* ***B*** || 300 alti ***A Pe*** || alii ***Grotius*** || littore ***e*** || *u.* 301 *et* 302 *delendos censet* ***Frey*** *l. l.* *p.* 427 || 302 examinat ***P*** || instrantis ***A*** || aq. ***P*** || *hunc uersum post u.* 303 *transponendum putat* ***Grotius*** || 303 allii ***B*** || e terra ***Ae*** || &erra ***P*** || in altum ***Ae*** || 304 Munithros ***A*** || Munitr̄hos ***P*** || Punit eos ***B*** || et hos ***e*** || facta ***P*** || pellunt ***B*** || 305 Nec ***e*** || loeto ***B*** || fluctibabsunt ***A*** || 306 Belligerum ***ABPe*** || Belligeri ***Grotius*** || titan etiam contigit arctum ***P*** || Titan etiam cum contigit ***e*** || 307 Lucentemque ***B*** || ferunt ***APe*** || 308 clausam ***A*** || 309 fugiat ***B*** || fugit ad ***e*** || 310 tunc ***B*** || superbȧ ***B*** || 311 Scorpio ***AP*** || Scorpius ***Be*** ||| Scorpios ***S*** || super ***e*** || cerula ***BP*** || ceruia ***e*** ||

tunc alto Cynosura redit, tunc totus in undas
mergitur Orion, umeris et uertice Cepheus.
Est etiam, incertum quo cornu missa sagitta,
quam seruat Iouis ales. habet miracula nulla,
si caelum ascendit Iouis armiger. hic tamen aruo
unguibus innocuis Phrygio rapuit Ganymeden
et telo appositus custos, quom Iuppiter arsit
in puero, luit excidio quem Troia furorem.
Delphin inde breuis lucet iuxta capricornum
paucis sideribus, tulit hic Atlantida Nymphen
in thalamos, Neptune, tuos, miseratus amantem.
Sidera, quae mundi pars celsior aethere uoluit
quaeque uident boream uentis adsueta serenis,
diximus. hinc alius decliuis ducitur ordo,
sentit et insanos obscuris flatibus austros.
Primus in obliquom rapitur sub pectore tauri
Orion. non ulla magis uicina notabit
stella uirum, sparsae quam toto corpore flammae;
tale caput, magnisque umeris sic balteus ardet,

313 alte *ABPe* || alto *Grotius* || repit *APe* || regit *B* || redit *Grotius* || 314 Megitur *A* || Vergitur *B* || Orio numeris *A* || cephoeus *B* || *u.* 315—317 *omittunt APe* || 317 hic tam̄ arduum *B* || hic tamen ardum *Eg* || si caelum ascendit tamen arduus armiger, hic est. Unguibus is nocuis *Grotius* || hic etenim arduum *Schwartzius* || is enim arctum *Buhlius* || hic Catamitum *coni. Orellius* || *post hunc uersum lacunam suspicatur Frey progr. Culm. p. XV sq.* || aruo *scripsi* || 318 UNQUIBUS $A^1$ *corr.* $A^2$ || PHRICYVM *A* || Phrygium *Be* || frigiū *P* || Phrygio *scripsi* || GANIMEDĒ *A* || ganimeden *B* || ganimedē *Pe* || 319 '*fortasse* appositu'st' *Orellius* || appositus cuius *B* || quo *ABPe* || quom *Grotius* || 320 excidium *B* || *u.* 321—323 *omittunt APe* || 321 Delphinus inde *B* || Delphini inde *g* || Delphin inde *Grotius* || 322 atiantida *B* || 324 quae *omittunt AP* || 325 Quae quae (a *deleta*) uident boreā *A* || borean *B* || assueta *e* || 326 dediuis *A* || declluis (*sic*) *e* || declinis *B* || dicitur *B* || senti& insanos *B* || abscuris *A* || *u.* 328—330 *omittunt APe* || 328 PRIMINOB'LIQUO ('INOB *in ras.*) *B* || obliquo *Eg* || obliquum *Grotius* || obliquom *ego* || 329 non nulla *B* || 330 cum toto *B* || flamme *B* || 331 Tela *APe* ||

sic uagina ensis, pernici sic pede lucet.
talis ei custos aderit canis ore timendo.
ore uomit flammam, membris contemptior ignis.
Sirion hunc Grai proprio sub nomine dicunt.
cum tetigit solis radios, accenditur aestas,
discernitque ortu longe sata, uiuida firmat,
at quibus adfectae frondes aut languida radix,
exanimat. nullo gaudet maiusue minusue
agricola et sidus primo speculatur ab ortu.
  Auritum leporem sequitur canis et fugit ille,
sic utrumque oritur, sic occidit in freta sidus.
tu paruum leporem rimare sub Orione.
  At qua cauda canis languenti desinit astro,
fulgent Argoae stellis aplustria puppis,
puppe etenim trahitur, non recto libera cursu,
ut cum decurrens inhibet iam nauita remos

capud *A* || magnique humeri *B* || baltheus *Pe* || exit *B* || 332 ludit *B* || fulget *e* || *post u.* 332 *leguntur u.* 341, *Auieni uersus* 749 *Germ. u.* 342, *Auieni u.* 747 748 750 *Germ. u.* 344 333—340 *in B* || *u.* 333—335 *omittunt APe* || 333 custos haeret *Voss. ad Arat. p.* 66 || 334 contentior *B* || 335 priosū nomine *B* || 336 tegit *P* || aestus *B* || 337 Distenditq. *e* || 338 A quibus *B* || adstete frondex *AP* || adsuetas *B* || arctatae *e* || adsutae *Grotius* || affectae *Orellius* || adfectae *ego* || languda *B*[1] *corr. B*[2] || cernis *B* || ceruix *Grotius* || 339 Examinat *BP* || malusue *A* || 340 sydus *P* || speculator *AP* || *u.* 341 *omittunt APe* || 341 AUDITUM *B* || CANIS · ET FUIT ILLE *B* || *post u.* 341 *praebent BEg Auieni u.* 749: urgetur cursu rutili canis ille per aethram (ethra *B* aethera *g*) || 342 VERVMQ. *A* || infra sydus *P* || infera sidus *e* || *uersum* 342 *secuntur in BEg Auieni uersus* 747, 748, 750: paruulus in stellis lepus est quoque, namque ubi magnas emicat Orion gemina ad uestigia subter uoluitur (effugit *Auienus*) instantem premit igneo Sirius ore || 343 tum parum *e* || p$\overset{a}{e}$ruum *A* || laporem *P* || PRIMA RE *A* || prima res *P* || perpende sub *e* || rimare *Orellius* || *u.* 344—346 *omittunt APe* || *post u.* 344 *leguntur in B u.* 333—340 || 345 Fulget et *B* || ARGOE *B* || *cf. Priscian. instit. VII*, 74 *P.* 769 *ed. Hertz. I*, 351 || 347 at cum *e* || inhib$\overset{n}{\&}$ re$\overset{m}{n}$os *A* || remis *Gronouius probante Orellio* ||

auersamque ratem uotis damnatus ad oram
perligat, optatam cupiens contingere terram.
sed quia pars uiolata fuit, coëuntia saxa
numine Iunonis tutus quom fugit Iason,
haec micat in caelo, lateri non amplior auctus,
quam surgit malus; qua debet reddere proram,
intercepta perit nulla sub imagine forma;
puppis demisso tantum stat lucida clauo.
  Haud procul expositam sequitur Nereia pristis
Andromedam. media est Solis uia, cum tamen illa
terretur monstro pelagi gaudetque sub axe
diuerso posita et boreae uicina legenti.
auster pristin agit. duo sidera perlegit unum,
namque aries supra pristin piscesque feruntur.
belua sed ponti non multum praeterit amnem,
amnem, qui Phaethonta suas defleuit ad undas,
postquam patris equos non aequo pondere rexit,
uulnere reddentem flammas Iouis; hunc, noua silua,
planxere ignotis maestae Phaethontides ulnis.
  Eridanus medius liquidis interiacet astris.

348 uatis *AP* || ab ore *ABEPgc* || ad oram *Grotius* || 349 Perlegit *ABEPge* || perligat *Grotius* || praeligat *Munckerus* || 350 seu *Grotius* || quae *B* || qua *coni. Orellius* || fu*git *B* || 351 Numina *B* || tutus confugit *APe* || cum fugit *B* || 352 hac *coni. Orellius* || amplius *B* || actus *Ae* || actu *P* || aucta *B* || auctus *Orellius* || 353 maius *B* || quadebe tr&d dereproram *A* || 354 Inter** cepta *B* || Intercapta ferit *P* || 355 roscida clauo *B* || *u.* 356—358 *omittunt APe* || 356 At *B* || haud *Grotius* || pistris *B* || pristis *E* || 359 Diuersi *B* || legente *Be* || 360 pristis *AP* || pistris *e Grotius* || agat *P* || agens *Grotius* || prolegit *P* || praelegit *Schwartzius* || 361 sup *P* || prist inpiscesq. *A* || pristim *B* || pistrim *e* || 362 preterit *e* || *u.* 363—365 *omittunt APe* || PHETONTA *B* || phetonta *E* || 365 fulmine *Grotius* || reddentur *B corr. B*[1] || flāmas! iouis hunc *B* || 366 plansere *e* || adaestae phetonides *A* || adaest aepha&onides *P* || adesie *e* || phetontides *B* || phetonides *e* || undis *e* || 367 Heridanus *B* || mediis *e* || liquidis *om. A* || liquidus *e* || hic iniacet undis *B* ||

huius pars undae laeuum ferit Orionis
lapsa pedem. procul ambobus qui piscibus unus
uincula conectit, nodus cristam super ipsam
aequoreae pristis radiat. sunt libera caelo
sidera non ullam specie reddentia formam
sub leporis latus auersam post denique puppim
inter et Eridani flexus clauumque carinae.
atque haec ipsa notast nullam praebere figuram,
sunt etenim toto sparsi sine nomine mundo
inter signa ignes, quibus etsi propria desit
forma, per appositi noscuntur lumina signi.
  Est etiam a geminis diuersus piscibus unus,
qui borean fugitat, totus directus in austros,
uentre sub aegoceri, pristin conuersus ad imam.
infimus hydrochoos sed qua uestigia figit,
sunt aliae stellae; qua caudam belua flectit
quaque caput piscis, media regione locatae

368 unde ***B*** || leuum *e* || tenet ast Orionis ***B*** || 369 amotis qui piscibus usus ***ABEPge*** || ambobus qua piscibus unus ***Grotius*** || 370 coniectit ***AP*** || coniecit ***B*** || coniectat *e* || connectit ***Grotius Orellius*** || conectit *scripsi* || Aequore ***APe*** || Aequorea ***B*** || aequoreae ***Grotius*** || pistrix ***B*** || Pistris ***Grotius*** || adiat ***AP*** || radians ***B*** || adit *e* || radiat *scripsi* || sunt illi libera *e* || libero ***A*** || 372 nonnullam ***AP*** || caelo reddentia ***B*** || reddemtia ***A*** *corr.* $A^1$ || *hunc uersum om. e* || 373 leporisque *e* || uersam ***APe*** || 374 Eridanum ***Ae*** || heridanū ***B*** || endanum ***P*** || Eridani ***Grotius*** || flexusque *e* || cauumque ***APe*** || 375 nota si ***AP*** || nota est ***B*** || notat si *e* || notast *scripsi* || prebuere ***B*** || prebere ***P*** || fere *e* || 376 etiam ***ABPe*** || etenim ***Grotius*** || totos *ex* totus *corr.* $A^1$ || totos ***P*** || mundo *ex* mundi *corr.* $A^1$ *ut uidetur* || mundi ***B Pe*** || 377 et propria ***A*** si *superscripsit uel manus prima uel huic aequalis 'casu uero an consilio haud dixerim detersum est'* ***Hertzius*** || si *om.* ***P*** || ignes etiam quibus et sua desit *e* || '*an legendum* defit?' ***Orellius*** || 378 oppositi ***Be*** || *u.* 379—381 *omittunt* ***APe*** || 379 DIUERSIS ***B*** || diuersus ***Grotius*** || 380 fugiat ***B*** || fugitat ***Grotius*** || 381 aegocheri ***B*** || pristim ***B*** || Pistrin ***Orellius*** || 382 Hydrochous ***B*** || hidrochoor ***P*** || idrochoos: *e* || sed quae ***AP*** || sedque ***B*** || 383 quae ***AP*** || 384 locate ***Pe*** ||

nullum nomen habent nec causast nominis ulla,
sic tenuis cunctis iam paene euanuit ardor.
nec procul hinc dextra defundit aquarius undas
atque imitata cadunt errantis signa liquoris.
e quibus una magis sub cauda flamma relucet
squamigerae pristis, pedibus subit altera signi
fundentis latices. est et sine honore corona
ante sagittiferi paullum pernicia crura.
Scorpios erecta torquet qua spicula cauda,
turibulum uicinum austris sacro igne uidebis
arcturum contra; sed quanto tardius ille
oceanum occasu tangit, tanto magis artae
turibuli metae. uix caelum suspicit et iam
praecipiti tractu uastis dimittitur undis.
multa dedit natura homini rata signa salutis
uenturamque notis cladem depellere suasit.
inter certa licet numeres sub nocte cauenda
turibulum, nam si sordebunt cetera caeli
nubibus obductis, illo splendente, timeto,
ne pacem pelagi soluat uiolentior auster.
tunc mihi †siccentur substricto cornua uelo

385 habent *omittunt AP* || causa si *AP* || causa est *B* || causam *e* || causast *scripsi* || ullam *e* || 386 pene *Be* || poene *P* || *u.* 387—393 *post u.* 285 *exhibet*, 394—445 *omittit integra pagina post u.* 386 *uacua relicta B* || 387 diffundit *e* || 388 liquores *AP* || 389 succauda *A* || magna relucet *AP* || 390 Squamigerae (*priore* e *deleta*) *A* || Squamigeri iustis *B* || signa *B* || 392 sagitti ferit *A* || sagictiferi *e* || nullum pernicia *AP* || multum *Morellius* || pernicla *A* || pernida *P* || *u.* 393—395 *omittunt APe* || 393 erepta *B* || 396 tanto et magis arte *APe* || tanto magis artae *Grotius* || 397 Thuribulo *e* || turibulo *AP* || maeteui caelo *A* || m&eui cęlo *P* || uim caelo *e* || suscipit &iam *A* || 398 Precipiti *e* || dimi etitur *A* || dem&itur *P* || *u.* 400 *omittunt AP* || 400 nouis *e* || 401 Inter certalicet *A* || numeris *A* || Jnumeris *P* || *u.* 402 *om. A* || 402 Thuribulum *e* || tempora caeli *g quod probauit Voss. ad Arat. p.* 78 || 403 splendenti metuendum *g* || splendente timendum *Grotius* || 405 spissentur *Grotius* || abstricto *AP* || astricto *e* || substricto *g* ||

et rigidi emittant flatus per inane rudentes.
quod si deprensae turbauit lintea puppis
incubuitque sinu laxo, uel mergitur undis
prona ratis sorbetque inimicum Nerea prora,
uel si respexit seruator Iuppiter, aegre
ultima persoluunt iactati uota salutis;
nec metus ante fugit, quam pars effulserit orbis,
quae boream caelum spectantibus indicet ortum.
    Sunt etiam flammis conmissa inmania membra
Centauri, capite atque hirsuto pectore et aluo
subter candentis hominem reddentia chelas,
inde per ingentis costas, per crura, per armos,
nascitur intacta sonipes sub uirgine. dextra
seu praedam e siluis portat seu dona propinquae
placatura deos, cultor Iouis, admouet arae,
hic erit ille pius Chiron, iustissimus omnis
inter nubigenas et magni doctor Achillis.
hic umero medium scindens iter aetheris alti,
si tenuem traxit nubem stellasque recondit,
toto clarus equo uenientis nuntiat euros.

406 Erigit temit tant latus *A* || Erigit te mittant *P* || Erigat emittantq. latus *e* || Et rigidi emittant flatus *g* || 407 deprensa *Ae* || deprehensa *P* || 409 sòluetque *Ae* || soluitq. *P* || sorbetque *Grotius* || 410 perspexit *Ae* || perspexerit *P* || respexit *g* || aeger *APe* || aegre *g* || 411 iactatae *APe* || iactati *Grotius* || sal'is *A* || 413 Borean *g* || orbem *g* || *u.* 414—416 *omittunt APe* || 414 commissa immania *Eg* || conmissa inmania *scripsi* || 415 pectoris aluo *E* || corpore et aluo *g* pectore et aluo *Orellius* || 416 candenteis *g* || 418 VIRGINE DEXTER *A* || dextẹra *E* || dexter *P* || 419 predam *e* || e *omittunt AEPg addidit Grotius* || propinque *A* || propinq. *P* || 420 arma *P* || 421 tutissimus *AEPge* || iustissimus *Grotius* || 422 magno *A* || dortor *P* || 423 Hinc *Eg* || scandens *APe* || scandit *Eg* || scindens *editio Veneta* (*P apud Orellium*) || a&eris *P* || alii *A* || 424 stellasq. uerecondit *A* || steltq. uerecondit *P* || stellasue *e* || 425 uenientes *c* ||

Nec procul hinc hydros trahitur, cui cauda superne
Centaurum lucet, tractu subit ille leonem,
peruenit ad cancrum capite et tria sidera tangit.
huic primos tortus crater premit, ulterioris
uocali rostro coruus forat. omnia lucent,
et coruus pennis et paruo pondere crater
et spatio triplicis formatus sideris hydros.
Sub geminis procyon fulgenti lumine surgit.
Hic caelo ornatus trahitur noctemque diemque;
sors sua cuique data est; semel adsignata tuentur
inmoti loca nec longo mutantur in aeuo.
quinque aliae stellae diuersa lege feruntur
et proprio motu mundo contraria uoluunt
curricula exceduntque loco et uestigia mutant.
haud equidem possis alio contingere signo,
quae diuis sedes. hinc atque hinc saepe uidentur
occasus ortusque. neque anfractus breuis illis,
annosasque uias tardus uix perficit orbis.
hoc opus arcanis si credam postmodo Musis,
tempus et ipse labor, patiantur fata, docebit.

*u.* 426—428 *omittunt APe* || 426 superni *Eg* || superne *Grotius* || sub arma Centauri *Schwartzius* || 427 tractus *Eg* || tractu *Grotius* || 428 capiti *E* || tristia *Eg* || tria *Grotius* || 429 Hic primo ortus *A* || Hic primo est ortus *E* || Hic primos ortus *Pge* || huic primos tortus *Grotius* || 430 Vocalis *e* || foret *AP* || lu$\overset{c}{e}$t *A* || luc&· *P* || corui super idraq. lucet *e* || *u.* 431—725 *omittit e* || *u.* 431 432 434 435 436 *omittunt AP* || 432 triplici *Eg* || triplicis *Grotius* || 433 fulgentia sidera surgit *Grotius* || 435 assignata *Orellius* || 436 In morti *Eg* || immoti *Grotius* || inmoti *scripsi* || 437 Quique aliae si stellae *A* || Quique aliȩ *P* || At quinque stellae *Eg* || At quinae stellae *Grotius* || Quinque *Orellius* || legiferuntur *A* || curantur *P* || 439 curriculo *AP* || curricula *Eg* || *u.* 440—442 *omittunt AP* || 440 possim *E* || passim *g* || possis *Grotius* || ullo *Schwartzius* || 441 diuisa dies *g* || diuis sedes *E* || 442 amfractus *E* || 443 Annonasque *AP* || tardius *P* || praeficit *A* || preficit *P* || perficit *Eg* || 444 archanis *AP* || arcanis *Eg* || si *Eg* || an *AP*, *ex glossemate ortum esse cum Orellio suspicor* || 445 facta

Signorum partis, quorum est praedicta figura,
annum expleturi praecidunt quattuor orbis.
interualla trium transuersus colligat unus.
nec par est illis spatium: duo namque feruntur
inter se aequales; duo, quorum est maxima forma;
et totidem rursum praedictis ante minores.
hi semper distant, illos communia signa
conmittunt. qua se tangunt, pars aequa rotarum
diuiditur, binos ut si qui desecet arcus.
Dissimilis quintus liquida sub nocte uidetur,
sidera cum reddunt sinceros eminus ignis.
lactis ei color, et mediis uia lucet in umbris.
lacteus hic orbis nullo minor orbe rotatur.
Celsior ad boream qui uergit circulus altos
et peragit tractus uicinis haud procul ursis,
per geminos currit medios, uestigia tangit
aurigae plantamque terit Perseida laeuam,
transuersae Andromedae latera utraque persecat actus

*AP* || fata *Eg* || 446 est *omittit* *B* || PREDICTA *B* || 447 praedicunt *AB* || predicunt *P* || quatur *A* || 448 Inter nulla *A* || tranuersus *A* || colligit *BP* || colligat *margo* *E* || 449 Nec per stelli $A^1$ || Nec per·[·se] stilli $A^2$ || Nec p se·[e] stilli *P* || illi *B* || illis *Grotius* || s. quoniamque *A* || s. qm̃que *P* || 450 aequales quorum est et maxima *AP* || a. quorum exstat m. *in ras.* *B* || a. quorum est m. *Eg* || duo quorum est m. *Grotius* || 451 totidem inter se *ABP* || totidem rursum *Grotius* || predictis *P* || 452 Hiis *A* || his *P* || illis *B* || 453 quae *AP* || 454 quis *B* || 455 Dissimiles *B* || quinctus *A* || cunctis *B* || uidentur *B* || 456 sidere *B* || sincero seminus *A* || ignes *B* || 457 et calor *A* || est, mediis (medius *E*) ut lucet *BEg* || est, mediis et lucet *Grotius* || *hunc et sequentem uersum delendos censet Frey nou. mus. Rhen. XIII* 417 || 458 nullo minus *B* || rotatu *AP* || *hunc uersum suppositicium putat Grotius* || *u.* 459—461 *omittunt* *AP* || 459 borean *g* || 461 per geminorum humeros currit *Grotius* || 462 Aurige *A* | plantaq. *P* || tegit *B* || legit *Schwartzius* || persida *AP* || leuam *B* || 463 Transue[r]sepersecatac[t]us *A* || secat utraque latera tactu *B* ||

et totam abs umero dextram; summa ungula pulsu
acris equi ferit orbis iter. tunc candidus ora
cygnus habet iuxta, cubito lucet super ipsum
nixa genu facies et primis ignibus anguis.
effugit at uirgo; totus leo, totus in ipso
cancer. ab aduersis omnem secat ille leonem
clunibus irsutique iubam per pectoris exit,
cancro fulgentes oculi, ceu regula currat
per medios, sic diuisi latera utraque tangunt.
hunc octo in partis si quis diuiserit orbem,
quinque super terras semper fulgere notabit,
abdi tres undis breuibusque latere sub umbris.
hoc cancrum tetigit cum Titan orbe, timeto
aestatem rapidam et soluentis corpora morbos.
tunc habet aeterni cursus fastigia summa
erectoque polo breuius non adplicat umquam
candentis currus. aduerso nititur orbe,

464 abumero *A* || ab umero *P* || ab humero *BEg* || abs humero *Schwartzius cui adsentitur Orellius* || dextra *A* || dextram: tum candidus ora Cycnus habet pariterque feri pernicia crura. Hac Ophiuchi humeros uastos fulgere notabis *Grotius* || *post uersum* 464 *praebent B Eg:* Diuidit atque (et *Eg*) sagittiferi medium (*om. B*) pernicia crura || *haec retinuit Orellius, iure notauit Frey progr. Culm. p.* XVIIII || 465 Hinc alius rapit orbis iter *BEg* || tunc *AP* || 466 Cignus *P* || iusta *A* || cubitos *B* || 467 Fixa *B* || genus *A* || 468 Et fulgit at *A* || E$\overset{f}{t}$fugitat *P* || 469 hirsutis *Grotius* || 470 irsutisq. *A* || hyrsutisque *B* || hirsutusque *P* || 471 Carcro *A* || qui fulgent *B* || cancro qua fulgent *Schwartzius* || currit *B* || illac regula currit *Schwartzius* || inter regula currit *Buhlius* || *cf. Frey l. l. p.* XXI || 472 diuidit *A* || sic currit latera *P* || *post u.* 472 *leguntur in BEg haec spuria et mendosa:* Et Geminis humeros et Tauri ungula dextra Radit Ophiuchi (ophyuci *B*) humeros uastos (uastos. *B*) fulgere notabis || 475 Adiutrix umbris breuibusque *AP* || Abdit *B* || Abdi *Eg* || leuibusque *B* || 476 timete *A* || timente (nte *ex corr.*) *P* || 477 rabidam *coni. Orellius* || 478 aetherii *Grotius* || custos *B* || 479 breuibus *B* || polo Phoebus *Grotius* || 'propius *fuisse*' *putat Orellius* || applicat unum *B* || 480 cursus *A*$^1$ currus *A*$^2$ || cursus *B* || auerso *B* ||

dum tangat metas; pronus deuoluitur inde.
Hic boreae propior, contrarius excipit austros;
aegoceros metas hiemis glacialibus austris
aestatisque tenet flagrantia sidera cancer.
hoc medium sidus findit deuexior orbis,
fundentis latices genua implicat; illigat illum
intorta pristis cauda; uelocia crura
contingit leporis, canis aluum desecat imam.
desecat et sacrae speciosa aplustria puppis
Centaurique umeros et scorpion ultima cauda
spicula torquentem; magnus micat arcus in illo.
inde austro propior sol est aquilone relicto
et gelidas hiemes hebetato lumine portat.
huius tres caelo partes adsurgere cernes,
quinque latent undis et longa nocte feruntur.
Hos inter medius nullo minor orbis agetur,
in quo cum Phoebus radiatos extulit ignes,
diuidit aequali spatio noctemque diemque.
bis redit haec facies, librato sidere, mundo,

481 tangant *g* || proneus *A corr.* $A^1$ || 482 Hinc *ABP* || hic *Grotius* || proprior *AB* || ꝓpror *P* || 483 Aegocęlos *P* || 484 fraglanti *B* || *uersum* 485 *uersui* 484 *praeponendum censet Grotius* || 485 diuexior *B* || 486 fundentes *P* || alligat lilum *A* || alligat *BP* || illigat *Grotius* || 487 pristi *AP* || pistris *B* || pristis *Eg* || *inter* pristi *et* cauda *decem fere litterarum rasura A* || 488 contigit *A* || calbum (c *deleta*) *A* || Contigerit Leporis, Canem iam desecat *B* || imum *B* || contingit canis et leporem iam desecat imum *Grotius* || contingit leporis, canis et iam desecat imum *Schwartzius* || 489 sacra speciosae plustria *B* || speciosę *P* || 491 micat orbis *B* || 492 proprior *A* || ꝓprior *P* || 493 hiemp *A* || lum neportat *A* || lumina $B^1$ lumine $B^2$ || 494 Huius praes *A* || assurgere $B^2$ || cernis *A* || 495 in *omittit B* || 496 medios *AP* || minus *P* || agentur *in ras. A* || agentur *P* || 497 quos *P* || radios *AP* || intulit *AP* || 498 Diuid& *P* || 499 hec *B* | libato sidera (sydera *P*) mundi *AP* || mundi *B* || librato pondere mundi *Grotius* || mundo *Schwartzius* ||

cum uer fecundum surgit, cum deficit aestas.
signa aries taurusque aequo tanguntur ab orbe,
sed princeps aries totus fulgebit in illo,
tauri armum subit et flexi duo sidera cruris.
at medium Oriona secat spiramque priorem
hydri et crateram leuem coruique forantis
ultima, deficiunt nigra qua sidera cauda.
illic et chelas transuerso lumine quaeres
et celsi partem anguis et a medio ophiuchum
nec procul inde aquilam, toto capite incubat ardens
Pegasus et longae spatio ceruicis inhaeret.
hos orbis, quorum tractus et signa notamus,
rectus per medios percurrens traicit axis.
tres interuallis paribus sine fine rotantur
nec mutare uias possunt nec iungere sulcos.
quartus in oblicum tris unus colligat orbis,
partibus extremis diuersos inplicat; unum
inter utrumque secat medium desectus ab illo.
non si Palladia doctus formaret ab arte,
distantis orbis melius religasset ab uno.

500 uere ***A*** || fecundus ***B*** || fęcundum ***P*** || 501 taurus quae quo ***A*** || taurusq. quo ***P*** || 502 totos $A^1$ totus $A^2$ || toto ***B*** || in orbe ***B*** || 503 subiit ***A*** || cruris (ruris *in ras.*) ***B*** || 504 Ad ***AB*** || 505 Hidri ***B*** || hidri ***P*** || Cratera ***AP*** || ferentis ***AP*** || querentis ***BEg*** || gerentis ***Grotius*** || forantis ***Frey*** *nou. mus.* ***Rhen. XIII*** 412 || 506 ultimi ***Buhlius*** || 507 cheles ***P*** || quaerens ***AP*** || 508 celsi mediam partem ***ABEPg*** || mediam *deleuit* ***Schwartzius*** || et medio ***AP*** || ophiucū ***BP*** || hic etiam celsi genua adspicies Ophiuchi ***Grotius*** || 509 Aquila toto ***B*** || aquila: at toto ***Grotius*** || 510 longe ***AB*** || longo ***P*** || longae ***E*** || inheret ***A*** || inher& ***B*** || 511 orbes ***B*** || quorumq. apius ***A*** || quorumq. apices ***P*** || quorum actus ***B*** || quorum tractus ***Grotius*** || docemus ***B*** || 512 Relictus ***A*** || rectos *Voss. ad Arat. p.* 94 || decurrens ***B*** || traxit et ***AP*** || *u.* 513 *omittunt* ***AP*** || 513 notantur ***B*** || rotantur ***Grotius*** || 514 sulcus ***P*** || 515 ioblicumtris ***A*** || in obliquam tres ***B*** || colligit ***ABP*** || colligat ***Grotius*** || 516 extremos ***B*** || unus ***B*** || defecius ***A*** || defectus ***P*** || 517 in illum ***B*** || 519 medius ***AP*** ||

sed tribus idem ortus omni nascuntur ab aeuo
atque eadem occasus remanent certissima signa.
Quartus ab oceano tantum uestigia mutat,
obliquo currens spatio, quantum capricornus
aestifero distat cancro, quam latus ad auras
aetherias surgit, tam sacris mergitur undis.
*in sex signiferum si quis diuiserit orbem
*aequalis partes, succumbet regula binis
*inferior signis spatii tantumque tenebit
*una, sui lateris quantum a tellure recedit;
*nec tamen humanos uisus fugit ultimus orbis.
[haec uia solis erit bis senis lucida signis.
nobilis hic aries aurato uellere, quondam
qui tulit in Tauros Phrixum, qui prodidit Hellen,
quem propter fabricata ratis, quem perfida Colchis
sopito uigile incesto donauit amori.
corniger hic taurus, cuius decepta figura
Europe, thalamis et uirginitate relicta,
per freta sublimis tergo mendacia sensit
litora, Cretaeo partus enixa marito.

520 nascentur ***B*** || 521 remanet ***AP*** || 524 distant ***A*** || quamtautus ***A*** || quãṇtantus ***P*** || aures ***A*** || *u.* 526—531 ***minutioribus litteris a manu priori aequali, ut Hertzius suspicatur ab illa ipsa, scripti sed ita ut praeter consuetudinem codicis non singulae lineae singulos sed binos uersus complectantur reliqua pagina uacua relicta A*** || ***iure uersus*** 526—530 ***scholastici, ut ait, coloris Germanico indignos expungi iussit Orellius cf. Frey nou. mus. Rhen. XIII*** 422 || 526 infex ***P*** || 527 Aęquales ***P*** || aries ***ABP*** || partes ***Grotius*** || occumbit ***AP*** || succumbit ***B*** || succumbet ***Grotius*** || 528 signis patitantumque ***A*** || spatiis ***B*** || spatii ***P Grotius*** || 529 tui ***AP*** || suis ***B*** || sui ***Grotius*** || 530 tam̄ inhumanos. sus (ui) fulgituectim' orƀ ***A*** || fug& ***P*** || 531 bisseni lucidas ignis ***A*** || *u.* 532—534 ***omittunt AP*** || 533 hellem ***B*** || Hellen ***g*** || 535 uigiles ***AP*** || uigili ***B*** || uigile ***Grotius*** || donabit ***Bg*** || amore ***ABP*** || amori ***Grotius*** || 537 Europae ***ABP*** || Europe ***E*** || 538 mendatia ***BP*** || 539 Litore acretae ***A*** || Litore cr&ę ***P*** || Litore creteo ***B*** || Litora ***Grotius*** ||

sunt gemini, quos nulla dies sub Tartara misit;
sed caelo semper, nautis laetissima signa,
Ledaeos statuit iuuenis pater ipse deorum.
te quoque, fecundam meteret cum comminus hydram
Alcides ausum morsu contingere †bello
sidere donauit, cancer, Saturnia Iuno,
numquam oblita sui, numquam secura nouerca.
hinc Nemeaeus erit iuxta leo; tunc pia uirgo;
scorpios hinc duplo quam cetera possidet orbe
sidera, per chelas geminato lumine fulgens,
quem mihi diua canet dicto prius Orione.
inde sagittifero tentus curuabitur arcus,
qui solitus Musas uenerari supplice plausu
acceptus caelo Phoebeis ardet in armis.
cochlidis inuentor, cuius Titania flatu
proelia commisit diuorum laetior aetas
bellantem comitata Iouem, pietatis honorem,
ut fuerat geminus forma, sic sidere, cepit.
hic, Auguste, tuum genitali corpore numen
attonitas inter gentis patriamque pauentem
in caelum tulit et maternis reddidit astris.

540 quos eulla diei *A* || quoseulla dei *P* || 541 natis *AP* || n$^{a}$utis *E* || 542 Ledaeo *A* || Laedeos *B* || Ledeo *P* || 543 fecunda *AB* || marg. *E* || faecundam *P* || cominus *B* || cocomminus *P* || ydram *B* || 544 Alchides *B* || ausus morsus *AP* || contingere chelae *coni. Orellius* || c. talum *aliquis amicus Orellii* || 545 cancrum *ABP* || cancer *Scaliger apud Grotium* || 546 securae *A* || nouercae *ABEPg* || nouerca *scripsi* || 547 hic *A* || nemeus *ABP* || tunc *B* || 548 Scorpion *B* || duplex *ABP* || duplo *Grotius* || 549 scelas *A* || flumina *A* || fulmine *P* || 550 Quae mihi (michi *B*) dicta canant (canat *E*) magnum sidus Orionis *BEg* || Quae mihi dicta canant magnum scelus Orionis *Grotius* || 551 sagitti ferolentus *A* || lentus *B* || 552 plaustis *A* || plaustus *P* || 553 phobeis *A* || phebeis *P* || 554 coclitis (*in leui rasura A*) *AP* || Poplitis *B* || cochlidis *Grotius* || tithania *B* || *u.* 555 *omittunt BEg* || Prelia *P* || 556 pi&atis (ta *suprascr.*) *A* || pietatis *corr. ex* pietati *B* || honore *P* || 557 geminos *AP* || coepit *B* || 559 parentem *B* ||

proximus infestas, olim quas fugerat, undas
Deucalion paruam defundens indicat urnam.
annua concludunt Syriae duo numina piscis
tempora; tunc iterum praedictus nascitur ordo
*lanigeri et tauri, geminorum, postea cancri,
*tunc leo, tunc uirgo, tunc scorpios, arcitenensque
*et gelidus capricornus et imbrifer et duo pisces.
huius quantum altas demergitur orbis in undas
oceani, tantum liquidum super aera lucet.]
nullaque nox bis terna minus caelo trahit astra,
nullaque maior erit, quam quanto tempore in auras
orbis perfecti diuisus tollitur arcus.
  Saepe uelis quantum superet cognoscere noctis
et spe uenturae solari pectora lucis.
prima tibi nota solis erit, quo sidere currat,
semper enim signo Phoebus radiabit in uno.
cetera tunc propriis ardentia suspice flammis,
quod cadat aut surgat summoue feratur in orbe,
quantoque exiliant spatio, cum caerula lincunt;
namque aliis pernix saltus, maiore trahuntur

561 infectas *B* || solinqua *A* || solinquas *P* || 562 Decalion *A* || Deocalion *P* || parum *ABPg* || paruam *E* || defendens *B* || ulnam *B* || 563 nomina *B* || 564 Temperat hunc *B* || tempora; at hinc *Grotius* || predictus *P* || 565 Lani****geri *B* || et Aurige minorum post ea *A* || 566 tum *B* || scorpios *corr. ex* scorpius *P* || arcytenens *A* || Arquitenensque *B* || 567 geminus *AP* || et imbri feret duo pi. *A* || et imbriferi duo pisces *B* || corpricornus & himbrifer & duo pisces *P* || *u.* 568—571 *omittit B* || 570 bisterminam$^{\cdot IN}$us *P* || trait *P* || asta *A* || 571 tempore in au. *A* || temporeiɴau *P* || 572 Aeui perfecti diuisus tollitur orbis *B* || 573 noctibus *A* || noctem *P* || 574 uentura *B* || uenture *P* || 575 quod *A* || curr$\overset{a}{e}$t *A* || currit *B* || 576 Phoebus signo *B* || phębus *P* || radiauit *A* || radiantis *B* || radiatur *Grotius* || 577 tum *B* || proris *B* || pronis *Grotius* || suscipe *om. A*[1] *addidit A*[2] || suscipe *P* || 578 quid *ABP* || quod *Orellius* || ut surgat *B* || submoue *A* || ab orbe *B* || 579 quantoue *B* || exilli atspatio *A* || exiliat *P* || cerula *ABP* || lingunt *B* || linquunt *Grotius* || 580 saltu maiore *A* || alius

mole alia, oceanum tardo linquentia passu.
quod si nube caua solis uia forte latebit,
occulet aut signum conscendens uertice caelum
altus Athos uel Cyllene uel candidus Haemus,
Gargaron aut Ide superisue agitatus Olympus,
tunc dextra laeuaque simul redeuntia signis
sidera si noris, numquam te tempora noctis
effugient, numquam ueniens Tithonius ortus.
Cum primum cancrum Tethys emittit in auras,
excipit oceanus Minoae serta coronae
occidit et dorso piscis caudaque priore,
mergitur in totos umeros ophiuchus et anguis
ultima cauda micat, tortus habet illa timendos.
nec multo arctophylax hunc longe subiacet astro,
lumine qui primo cum scorpius occidit undis
occulitur pedibus; durat tamen arduus ore,
dum rigidum aegoceri signum freta lucida terret.
siderea uix tum satiatus luce bootes
in terras abit et noctis plus parte relinquit.
at contra nullo defectus lumine totus

maiore ***B*** || saltum maiore ***P*** || saltus ***Orellius*** || trahetur ***B*** || 581 alio ***B*** || oceanǒ ***P*** || liquentia ***BP*** || 582 sine nube ***A*** || sinenubecaua ***P*** || sine fine ***B*** || *reliquos Phaenomenon uersus omittunt* ***AP*** || 584 quillene ***B*** || chillene ***E*** || Cyllene ***Grotius*** || 585 Gargaro nauti dens *corr. in* Gargaron aut idens ***B***[1] *ut uidetur* || Ide ***Grotius*** || habitatus *mauult* ***Orellius*** || 586 leuaq. ***B*** || 587 te *addidit* ***B***[2] || 588 uentus ***B*** || ueniens ***Grotius*** || 589 primo ***B*** || primum ***Grotius*** || tethis ***B*** || Tethys *g producta ultima syllaba, ut est apud* ***Vergilium Geo. I*** 31 teque sibi generum Tethys emat omnibus undis. *hinc erit mutanda illa lex quam scribere solent grammatici de corripienda ys finali* || dimittit ***Schwartzius*** || 590 minoiae ***B*** || Minoae ***Grotius*** || 591 dorsus ***B*** || dorso ***Grotius*** || 592 ophiucus at ***B*** || 593 ortus *g* || 594 arcto filax ***B*** || his longe subiacet astris ***B*** || hinc longe subiacet astro ***Grotius*** || 597 regidum ***B*** || rigidum ***E*** || aego cheris ***B*** || aegocheri ***E*** || Aegoceri *g* || 598 Sideraea ***B*** || tuum ***B*** || tum ***Grotius*** || saciatus ***B*** ||

Orion umeris splendebit magnaque diui
uagina et claro caelatus balteus igni.
cornua et Eridanus liquido feret utraque caelo.
At cum prima iuba radiarit flamma leonis,
quicquid parte micat caelo, hoc nascente sub undas
omne abit atque feri uenientis defugit ora.
tota Iouis mersa est pennis stellantibus ales,
quique genu posito defessus conditur undis 608
summa genu subuorsa tenet, qua se lyra uoluit, 274
crure tenus; redit in caelum uasti caput hydri 609
et pernix lepus et procyon et Sirius ipse
totiusque canis rabidi uestigia prima.
Accipe quae uitent exorsae uirginis ora:
delphinus notis iam tum deflexerit undis
et lyra dulce sonans et flammis cincta sagitta
et niueus cygnus properarit tangere fluctus,
utraque penna uolans caudam uix lucet ad ipsam,
nigrescitque Padus, terrae qui proximus amnis.
tum caput abscondet sonipes, tum tota latebit
ceruix, at contra sublimior hydra feretur
cratera tenus et surgent aplustria puppis
Argoae totusque canis; sed cum pia uirgo
nascitur, illa ratis media plus arbore lucet.
Surgentis etiam chelas sua signa notabunt:
exilit oceano nunc toto crine bootes,

602 celatus ***B*** || caelatus *Grotius* || 603 heridanus ***B*** || 605 hoc *omittunt* ***BEg***, *inseruit Grotius* || 606 omnem ***B*** || omne *Grotius* ***E*** || fert ***B*** || feri ***Eg*** || defigit ***B*** || defugit ***Eg*** || hora ***BEg*** *correxit Grotius* || *u.* 274 *iure hic collocauit Grotius* || 610 syrius ***B*** || Sirius *g* || 611 rapidi ***B*** || rabidi *Grotius cui hic uersus esse spurius uidetur* || 613 motis ***B*** || notis *Grotius* || defluxerit *idem* || 617 qua *coniecit Orellius* || 618 abscondit ***B*** || abscondet *Grotius* || cum tota ***B*** || tum tota *Grotius* || 620 Terra tenus traxit ***B*** || surgentia plustri ***B***[1] || surgentia, [a]plustri[a] ***B***[2] || cratera tenus et surgent aplustria *Grotius* || 621 Argoe ***B*** || 622 media tenus arbore *Grotius* || 624 Exilem ***B*** || exilit *Grotius* ||

quem claro ueniens arcturus nuntiat ore,
celsaque puppis habet, cauda minus attamen hydra,
nixa genu species flexo redit ardua crure,
partibus haud aliis; nocte eluctata suprema
bis solet illa una caelo se ostendere nocte,
nam si Phoebeos currus, dum longa uenit nox,
occasu sequitur, rursum fugit oceanum ortu
crure simul chelis fulgens. cum scorpius exit,
iam totis radiat membris miserabile sidus;
at cum tantum abiit, quantum lyra surgit ab undis,
arcus ipsa suo caelo referetur imago.
inperfecta redit caelo tum tota corona
et Chiron pius ad caudam cognoscitur imam.
Pegasus abscondit toto tunc pectore pennas
nec lucet cauda praemersus pectore cygnus.
abdit et Andromede uultus et maxima pristis
occasu insequitur metuentis uirginis ora,

625 nuntiatore $B^1$ *corr.* $B^2$ || 626 attamen illa *B* || hydra *Grotius* || 628 aliis *ex corr.* *B* || noctem fluctuata *B* || nocte eluctata *Grotius* || supredā $B^1$ supremā $B^2$ || 629 ille *B* || illa *g* || noctem *B* || nocte *Grotius E* || 630 cursus *B* || currus *g* || 631 occasus *B* || occasu *Grotius* || ortus *B* || ortu *Eg* || *u.* 632—635 *ita reformare conatus est Grotius:* Crure, simul Chelae fulgent, cum Scorpius exit Haud cunctatus abit: quum Chiron surget ab undis, Arcusque ipsa pio caelo referetur imago, Iam totis radiat membris miserabile sidus || 632 chaele fulgent *B* || chelae fulgent *Eg* || chelis fulgens *Schwartzius* || 633 tum totis *B* || iam totis *Grotius E* || 634 tantum *ex* tantus *corr.* *B* || abit *BEg* || abiit *scripsi* || lira *B* || 635 Argo sipia suo *Bg* || Argo siria suo *E* || arcus ipsa *Orellius* || refertur *B* || referetur *Grotius* || 636 cum *B* || tum *Grotius* || 637 chyron *B* || prius *BEg* || *correxit Grotius* || ima *B* || imam *Grotius* || 639 cignus *B* || 640 ardet et Andromedae uultus *B* || abdit et Andromede uultus *Grotius* || sed maxima pistris *aut* pistrisque marina *legendum putat Grotius* || 641 occasum sequitur *B* || oceano insequitur *Grotius* || occasu insequitur *Schwartzius* || uenientis & uirginis *B* || uentis et uirginis *E* || uenientis et uirginis *margo Eg* || uenientis uirginis *Grotius* || uenientia uirginis *Schwartzius* || metuentis uirginis *Orellius* ||

crista super caelo fulget. caput abditur ipse
regalis Cepheus alias intactus ab undis.
Scorpios exoriens, cum clarus fugerit amnis,
scorpios Oriona fugat, pauet ille sequentem.
sis uati placata, precor, Latonia uirgo;
non ego, non primus, ueteres cecinere poetae,
uirginis intactas quondam contingere uestes
ausum hominem diuae sacrum temerasse pudorem.
deuotus poenae tunc impius ille futurae
nudabatque feris angusto stipite siluas
pacatamque Chion dono dabat Oenopioni.
haud patiens sed enim Phoebi germana repente
numinis ultorem media tellure reuulsa
scorpion ingenti maiorem contulit hostem.
parcite, mortales, numquam leuis ira deorum.
horret uulnus adhuc et spicula tincta ueneno
flebilis Orion et quamquam parte relicta
caeli †paene fugit, tamen altis mergitur undis,
scorpios ardenti cum pectore contigit ortus.
nil super Andromedae, nil pristis luce fruetur.
in caput atque umeros rapit orbis Cassiepiam,
decliuemque trahunt aeterni pondera mundi
corruptaque cadit forma, certauerat olim

642 ipsi *B* || 643 cephoeus *B* || altis *B* || ipse regalis Cepheus alias intactus ab undis *Voss. ad Arat. p.* 111 *cf. Frey progr. Culm. p.* XXIII || 644 Scorpius *B* || quam clarus fulserit *B* || cum clarus fugerit *Grotius* || 646 si *B* || sis *Grotius* || 650 poene *B* || 651 ambusto *suspicatur Orellius conl. Vergil. Aen. VII* 524 || 652 chyon *B* || 653 Ad (at *E*) patiens etenim *BEg* || haud patiens sed enim *Grotius* || 658 quanquam *B* || retecta *Grotius* || 659 Coeli poene *B* || teli paene *Grotius* || pone *suspicatur Orellius* || 660 Scorpion *B* || Scorpios *g* || 662 Insuper atque *B* || in caput *Eg* || Cassiepia *B* || Cassiepiam *Grotius* || 663 declinemque *B* || decliuemque *Grotius* || aeterno pondere *B* || aeterni pondera *Grotius* || 664 cadunt *B* || cadit *Grotius* || certauerit *B* || certauerat *Grotius* ||

qua senis aequorei natis, cum litore Canchli
Doridos et Panopes spectasset stulta choreas.
illa abit oceano, totius serta coronae
in caelum redeunt, totum se liberat hydrus.
cruribus expectat Chiron, obscurior arcu,
corpore iam toto uasto sub uertice clarus.
tum fera, quam dextra portat Centaurus, in auras
exilit et claris aperitur flexibus anguis;
innixumque genu laeua minus aequora lincunt.
At cum prima subit facies remeabilis a r c u s,
iam sicca oceano Chiron pernicia crura
expulit et celsis ophiuchus fulget in astris.
nil trahit obscurum serpens et trunca recepta
desinit esse manu membris deformis imago.
iam lyra cum superis et cygni dextera penna,
radit tellurem rediens cum sidere Cepheus.
tum canis abscondit totius corporis ignis
et latet Orion et semper tutus in undis
est lepus Argoaeque ratis, qua flexile signum
in puppim formatur, adhuc aplustria lucent.
mergitur et Perseus et caprae nobile lumen.

665 sinus ***B*** || senis ***Grotius*** || cancri ***B*** || Canchli ***Grotius respiciens Plin. n. h. V*** 65 || 667 totiens quę serta corona ***B*** || totius serta coronae ***Grotius*** || 669 expectant ***B*** || exspectat *g* || chyron ***B*** || arcum ***Grotius*** || 670 iam toto nastus et uertice ***B*** || iam nasto, iam toto uertice ***Grotius*** || iam toto uasto sub uertice *Schwartzius* || 673 innixusque ***B*** || innixumque *Schwartzius* || leua ***B*** || linquunt $B^1$ || lincunt $B^2$ || linquit ***Grotius*** || 674 arcu ***B*** || arcus ***Grotius*** || 675 chyron ***B*** || pernitia ***B*** || 676 expulit celsis $B^1$ || ẹt *addidit* $B^2$ || expulit celsis *mutatum in* expellit celsis *E* || extulit *coniecit Orellius* || Ophyucus ***B*** || 677 nihil $B^1$ || nil $B^2$ || sed ***BEg*** || et *scripsi* || 678 manum ***B*** || manu ***Grotius*** || mediis ***BEg*** || rediens *Grotius* || Nisi *Schwartzius* || membris *ego* || 679 cigni ***B*** || cygni *g* || 680 radiens $B^1$ || rediens $B^2$ || cephoeus ***B*** || 682 tutus *ex* totus *corr.* $B^1$ || atque imperfectus in undis ***Grotius*** || 684 athuc ***B*** || plustria $B^1$ *corr.* $B^2$ || 685 capre $B^1$ caprę $B^2$ ||

Aurigam totum abscondit ueniens capricornus
atque omnem ornatum uenerandae numine puppis.
tum procyon obscurus abit; redit armiger uncis
unguibus, ante omnis gratus tibi, Iuppiter, ales.
omnibus et stellis cygnus redit et leue telum
et paruus delphinus et apta altaria sacris.
*eminus exurgit Minoia nota corona.
Hydrochoos caelum scandens simul euocat ore
et ceruice tenus fidentem Pegason alis.
auersum Chirona trahit nox atra sub undas,
oceanus caudam tinguit, nondum capit ora,
non uastos umeros, non pectora tristia setis.
hydram plus mediam condit, pars tertia lucet.
Hanc pisces abdunt orti totumque biformem.
cum geminos pisces aquilonis prouocat aura,
ille etiam surgit, qui tristis respicit austros;
piscibus ille simul surgit, sed liberat ortus,
cum pernix aries in caelum cornua tollit.
pisces educunt Cepheida; laetior illa
Nereidas pontumque fugit caeloque refertur.
Ortus lanigeri properabunt condere sacrum
turibulum; patrio fulgebit in aethere Perseus.
Persea cum pennae reddunt, iam Plias ab undis
effugit et dextro tauri cognoscitur armo.

687 omne ***B*** || omnem ***E*** || 692 minori nota ***B*** || exsurgunt simul exorto Capricorno ***Voss. ad Arat. p.*** 121 || ***hunc uersum spurium esse primus uidit Grotius*** || 693 Hydrocoos ***B*** || 695 chiron atrahit ***B***[1] chirona ˌtrahit ***B***[2] || 696 ocenus ***B*** || 697 tum pectora tristia sertis ***B*** || non pectora tristia setis ***Grotius*** || 699 ortitumque ***B*** || tortitumque ***E*** || orti tumque *y* || totumque ***Grotius*** || biformes ***B***[1] || ***post*** biformes r *adscripsisse uidetur* ***B***[2] || biformem ***Grotius*** || 702 et ***B*** || sed ***Grotius*** || 703 celum ***B*** || 704 cephreida ***B*** || letior ***B***[1] lętior ***B***[2] || 705 Nereidos ***B*** || Nereidas ***Grotius*** || pontoque fugam ***B*** || pontumque fugit ***Grotius*** || 707 Turibulum ***B***[1] Thuribulum ***B***[2] || aetherę ***B*** || 708 pinnae redeunt ***B*** || pennae reddunt ***Grotius*** || 709 et cognoscitur ***B*** || et ***deleuit Grotius*** ||

fixus ut in curru trahitur sine curribus ullis
Myrtilos. haut totum cernes, non integer ipse
in caelum redit, at pars dextera mergitur undis;
uertice lucebit, teneros manus efferet haedos.
laeua Iouis nutrix umero radiabit in ipso,
proxima telluri nascetur planta sinistra.
cetera cum geminis perfecto sidere surgent.
Tauro pistricis pariter cristaeque refulgent
caudaque; uicinum terris iam cerne booten.
et cum se genibus demisit pars ophiuchi,
signum erit, oceano geminos remeare relicto.
totaque iam pristis lucebunt squamea terga;
Eridani et primos deprendat nauita fontes,
caelum conspiciens, dum claro se mouet ortu
Orion; habet ille notas, quae tempora noctis
significent, uentosue truces fidamue quietem.

710 et in curru *BE* || et in curui *g* || nixus et incuruus *Schwartzius* || ut in curru *Halma* || illis *B* || ullis *E* || 711 cum interit ipsum *BEg* || non integer ipse *Grotius* || 712 celum *B* || redit pars $B^1$ r adiecit $B^2$ || redit pars *E* || redit et pars *g* || at *Grotius* || pars tertia *Schwartzius* || 713 effugit *B* || efferet *Grotius* || hedos *B* || 714 Leua *B* || humeros *B* || radiauit *B* || radiabit *Grotius* || 716 surget *B* || surgent *Grotius* || 717 pistrices *B* || pistricis *Grotius* || cristeq. $B^1$ || cristęq. $B^2$ || 718 cern& $B^1$ || cerne $B^2$ || 719 dimisit *B* || ophiuci *B* || 720 gemino *B* || geminos *Grotius* || 721 piscis *BEg* || pistris *Grotius* || pristis *scripsi* || terra *B* || terga *Grotius* || 722 Heridani *B* || primọ *B* || primos *Grotius* || deprehendat *BEg* || deprendat *Grotius* || deprendet *Schwartzius Orellius* || 723 semouit *B* || se mouet *g* || 724 noctes *B* || noctis *Grotius* || 725 significet *B* || significent *Grotius* || fidamque *B* || fidamue *Grotius* ||

## [PROGNOSTICORVM RELIQVIAE]

I Haec uia solis erit bis senis lucida signis.
nobilis hic aries aurato uellere, quondam
qui tulit in Tauros Phrixum, qui prodidit Hellen,
quem propter fabricata ratis, quem perfida Colchis
sopito uigile incesto donauit amori.
corniger hic taurus, cuius decepta figura
Europe, thalamis et uirginitate relicta,
per freta sublimis tergo mendacia sensit
litora, Cretaeo partus enixa marito.
sunt gemini, quos nulla dies sub Tartara misit;
sed caelo semper, nautis laetissima signa,
Ledaeos statuit iuuenis pater ipse deorum.
te quoque, fecundam meteret cum comminus hydram
Alcides, ausum morsu contingere †bello
sidere donauit, cancer, Saturnia Iuno,
numquam oblita sui, numquam secura nouerca.
hinc Nemeaeus erit iuxta leo; tunc pia uirgo;
scorpios hinc duplo quam cetera possidet orbe
sidera, per chelas geminato lumine fulgens,
quem mihi diua canet dicto prius Orione.
inde sagittifero tentus curuabitur arcus,
qui solitus Musas uenerari supplice plausu
acceptus caelo Phoebeis ardet in armis.
cochlidis inuentor, cuius Titania flatu
proelia commisit diuorum laetior aetas
bellantem comitata Iouem, pietatis honorem,
ut fuerat geminus forma, sic sidere, cepit.
hic, Auguste, tuum genitali corpore numen
attonitas inter gentis patriamque pauentem
in caelum tulit et maternis reddidit astris.
proximus infestas, olim quas fugerat, undas
Deucalion paruam defundens indicat urnam.

annua concludunt Syriae duo numina piscis
tempora; tunc iterum praedictus nascitur ordo
*lanigeri et tauri, geminorum, postea cancri,
*tunc leo, tunc uirgo, tunc scorpios, arcitenensque
*et gelidus capricornus et imbrifer et duo pisces.
huius quantum altas demergitur orbis in undas
oceani, tantum liquidum super aera lucet.
*una uia est solis bis senis lucida signis.
hac rapitur Phoebe, per idem Cythereius ignis
fertur iter, per idem cristatus uertice Mauors
Mercuriusque celer, regno caeloque uerendus
Iuppiter et tristi Saturnus lumine tardus.
omnibus his gemini motus, quorum alter ab ipsis
nascitur et proprios ostendit sidere nisus —
tunc mundum subeunt lento pede — concitus alter
inuitos rapit et caeli circumrotat orbem.
annua sol medius designat tempora, Phoebe
menstrua, namque anno solem remeare uidebis,
mouerit unde suos currus per signa uolantis.
hoc peragit spatium breuiore citatior orbe
mensem expleturis Phoebe contenta diebus.
annuus est Veneri cursus neque tardior illa
Mercurius, binos Gradiuus perficit orbis.

*u.* 40—55 *omittunt* ***APe*** || *idem uersus leguntur post u.* 28 *secundi fragmenti in* ***B*** || *u.* 40 *dimidium interpolatori deberi uidit* ***Orellius*** || 40 BISSENIS ***B*** || 41 ac ***B*** || hac ***Grotius*** || phobęe ***B*** || Phoebe ***Grotius*** || 42 uertice *ex* uerticę *correct.* ***B*** || 43 Mercurius queceler (que *ex* quę *corr.*) ***B*** || caelique ***Schwartzius Orellius*** || 48 circum notat ***B*** || circumrotat ***Grotius*** || phoebeę ***B*** || Phoebe ***Grotius*** || 50 nam qua anno ***B*** || namque anno ***Grotius*** || 52 spatio breuior ***B***[1] (*superscripsit* q; ***B***[2]) || spatium breuiore ***Grotius*** || 53 contempta ***Bg*** || contemta ***E*** || contenta ***Grotius*** || 54 Annus ***B*** || *uersui* 55 *subiunguntur Auieni Prognosticorum uersus* 415—436. 443. 444. 447. 544. 551. 552 ***BE*** || *post u.* 552 *haec leguntur in* ***B***: Vale fidens ⁎⁎ domino Christi uestitus amore.

II Grandine permixtas aries niuibusque caducis
spargit uicinas supra iuga tristia nubis.
taurus portat aquas et uentos excitat acres.
fulmina tum crebro iaculatur Iuppiter et tunc
intonat emissis uiolentior ignibus aether.
at geminis leuiter perstridunt caerula uenti,
rarus et in terras caelo dimittitur humor.
omnia mitescunt tranquillo sidere cancri.
siccus erit leo, praecipue cum pectora feruent.
uirgo refert pluuias et permouet aera uentis.
lenius est librae signum; uix rorat in illo.
scorpios assidue caelo minitabitur ignis:
lentior in pluuias magis inuenit arua quieta
atque trucis uenti densa niue saepe rigebunt.
rara sagittifero descendunt flumina terris;
aegoceros aliis parcit, sed frigora durat
instabilique gelu fallit uestigia passus.
qui fundit latices caelo quoque permouet imbris.
omnia miscentur cum piscibus; aspera uentis
aequora turbatos uoluunt ad sidera fluctus;
imbribus incumbit caelum solemque recondit;
grandine pulsatur tellus, niue moenia durant.

II *Hoc fragmentum ab AP omissum legitur post Phaenomenon u.* 725 *in B* || 1 permixtus *B* || permixtas *Grotius* || 2 spargunt uicina tristis supra iuga piscis *B* || *emendauit Grotius* || 3 excicat *B* || excitat *Eg* || aries *B* || acres *Grotius* || 4 tunc crebro *Grotius cf. Lachmann. ad Lucret. I* 130 || 5 emissus *B* || emissis *E*[2] || 6 Ad *B*[1] || At *B*[2] || 9 cui *B* || cum *Grotius* || 11 rore *B* || rorat *Grotius* || 12 assiduos *Grotius* || *u.* 13 *et* 14 *omittit B* || 13 arua ctur *E* || arua quieta *g* || in pluuias ueniet; magis arua quieta *Grotius* || in pluuias magis impetet arua quieta *Schwartzius* || 14 uentos *Eg* || uenti *Grotius* || 15 Sagittiferique rara *B* || Rara sagittiferi *E* || sagittifero *Grotius* || descendit pluuia *B* || descendunt flumina *Grotius* || 16 Ego cheros *B* || aegoceros *g* || alia spargit et *B* || alias spargit et *E* || aliis parcit sed *Grotius* || 17 falli *BEg* || fallit *Schwartzius* || 21 incęlum *B* ||

Haec ut quisque deus possedit numine signa,
adiungunt proprias uires. torpere uidentur
omnia Saturno; raros ille exprimit ignis
et siccas hiémes adstrictis perficit undis.
grandine durantur pluuiae, niue grando putrescit
et rigor accedit uentis. mitissimus ille

III Iuppiter est illo laetus magis. hic ubi solis
uitauit flammas proprio bene lucidus ore,
commissas Cereri fruges spectabis in herbis
pomaque purpureo primum nascentia flore;
nec pecus in fetu fallet, noua turba repente
mugiet e stabulis, arto balabit ouili.
idem ne tellus nimium siccata tepore
destituat sata, cum tetigit fera cornua tauri,
dat pluuias sorbetque datas, cum Pliada fugit
atque adiit geminos. cancro placidissimus idem

23 signa *corr. ex* sinna *B* || 24 torpore *B* || 26 adstrictis *B* ||

III ***Hoc fragmentum a BEg omissum post u.*** 582 ***sine ulla diuisionis nota praebent APS*** || ***m = codex Matritensis apud Ioannem Iriarte catal. mss. gr. p.*** 203—212. ***b = Burmannus in Antholog. Lat. i = Iriarte*** ||

*u.* 1—51 *om. e* || 1 ex illo *m* || laeto ***APm*** || laetus *bi* || ubiq. ***A*** || solus ***Am*** || solis (v) ***P*** || solis *bi* || 2 proprior ***Am*** || *u.* 3 *et* 4 ***omittunt APS*** || 3 commissus caereri *m* || erbis *m* || 5 f&ufalet ***A*** || f&u fallit ***P*** || infaetu falit *m* || fallet ***Orellius*** || 6 Mugiet stabilis ***Am*** || Mugi& estabulis ***P*** || in stabulis ***Si*** || alto ***APm*** || arto ***Orellius*** || ualebit ***Am*** || balauit ***P*** || balabit *bi* || obili ***A*** || 7 n&ellus ***P*** || nimio ***susp. Orellius*** || siccata repente ***APm*** || siccata tepore *i* || 8 Distuat ***A*** || Distituat ***Pm*** || Destituat (*corr. ex* Distituat ***S***) ***Sbi*** || tari ***A*** || 9 pliade ***APm*** || quom Pliada ***Orellius*** || 10 adidgeminos ***A*** || adit geminos ***P*** || adid geminos *m* || Atque adiit *i* ***Heinsius*** ||

dat modicas uires rabidos et temperat aestus.
et leo terribilis sub te, pater, ipse repellit
instantis morbos et Ditis limina cludit.
incipit agricolis in uirgine soluere uota.
iam tum maturae segetes et spicea pendet
ante larem primum perfecta messe corona.
libra tumescentis musto bene percoquit uuas.
scorpión ingrediens tua, Liber, munera condit
iamque sagittiferum scandens sua sidera reddit
numquam laetae hiemi. modice tamen in capricorno.
hydrochoon piscesque agitat saeuissimus idem,
si statuit currus quocumque in sidere fessos.
lanigero tonat et Poeni per terga leonis
omniaque hibernis permiscet mensibus astra.
    At cum Phoebeos Mauors effugerit ignes,
siue aries geminique deum siue acre leonis
sidus et aequatae librato pondere chelae
aut arcu pollens aut imbris fusor habebit,

11 rapidos *APm* || rabidos *Orellius* || aestu *Am* || 12 teribilis *Am* || subterpater *A* || subte pater *m* || 13 Instantes *P* || lumina *P* || limina claudit *Heinsius* || 14 sorbere *APm* || soluere *Sbi* || 15 Jam[tu] mnature (n *ex* a *correcta uidetur*) *A* || Iamtum *P* || spicaea *A* || spice *P* || spicea *m* || p[n]edent *A* || pendent *Pm* || spicea pendet *Heinsius i* || 16 Larem patrium *coni. Orellius, at de lare familiari, omnium larum principe, cogitandum esse existimo* || persecta messe *Heinsius* || perfectam esse *Am* || coronā *APm* || 17 tumescentes *P* || per quoquit *A* || pquoquit *P* || percoquit *Sm* || 18 Scorpioni *Am* || libra *AP* || liber *m Heluetius ap. Orellium p.* 200 || ɔdit *Am* || c̄dit *P* || condit *Heinsius* || 19 munera *APm* || sidera *i* || redit *Am* || 20 Num qualaete *A* || Num qua laete *m* || l&ę *P* || tam̄ *A* || carpricorno *P* || 21 Hydrocoon *APm* || agittat *P* || 22 Sistatuit *Am* || fessus *Am* || 24 omnia quae *m* || hiberni *APm* || hibernis *bi* || 25 Atq. phoebeus *P* || At quom *i* || 26 germiniq. *A* || domum *Heluetius* || acri *AP* || acre leonis *mb* || 27 Sydus *P* || equate *A* || aequate *Pm* || caelae *A* || chęle [leonis] *P* || *u.* 27 *repetunt AP nisi quod extremo uersu* leonis *praebet A* chęle *P* || 28 himbris *P* || furor *APm* || fusor *bi* ||

spissatis caecus nebulis hebetabitur aer
nullaque praecipites agitabunt aequora uenti.
his idem lentos signis cum supprimet ignis
belliger et nigra cursus statione tenebit,
tum crebro magnus tonitru pulsabitur aether,
tum resoluta dabit nimbos cum grandine nubes,
sed magis, hibernae sciderit cum sidera partis,
effundet totas uiolento numine uires.
at modicos imbres, proni cum cornua tauri
frugiferamque deam uel brumalem capricornum
attigerit, liquido non saeuus ab aethere fundet.
insertus cancro, terras cum letifer ortu
Sirius adflauit, nocituros temperat aestus.
scorpios at primae qua tollit acumina caudae
frigidaque extremi iam claudunt sidera pisces,

dere diuini consilii. itaque immortales mutatis figuris ignoti Typhonis ante oculos crebro uersabantur, unde adhuc multas bestias pro deis obseruant coluntque Aegypti. eo Typhon conuenit et neminem deorum ibi uidet aduersari sibimet, uacuam terram cognouit dominantibus. arbitratus deos se ueritos fuisse propter metum dominabatur et inperitus fortunae uarietatem et periculi instantis magnitudinem. nam post XVIII dies, ut dicitur, consilio deum repentino a dis discerptus. ob id factum hodie quoque in Aegypto hos dies XVIII festos perpetuos quodannis instituerunt. in quibus diebus si *quid* nascitur amplius quam eos dies non uiuit. Typhon interficitur in templo †Aegypti Memphi, ubi mos fuit solio regio decorari reges, qui regna ineunt. ibi enim sacris initiantur. primum, ut dicitur, satis religiose tunicatum tauro, quem Apim appellant, iugum portant, quem deum maximum Aegypti existimant. *et eum* per uicum unum *quemque* perducentes, *ne*, labore periti [existimentur] humanae necessitatis, [ut] crudelius quae sub eis sunt abutantur, deducuntur a sacerdote Isidis in locum, qui nominatur adytos, et iure iurando adiguntur neque mensem neque diem inter-

1 inmortales ***P*** || ignotis ***AP*** || ignoti ***Merkel.*** || 2 tiphonis ***P*** || 3 baestias ***A*** || diis ***P*** || aegyptii ***P*** || 4 sim& ***A*** || 6 seueritos ***AP*** || inparatus ad fortunae uarietatem ***Merkelius** quem olim secutus sum, at 'arma uirumque peritus' ex **Ausonio** (epigr. **137, 1**) et 'nil iam mihi noui offerri pote, quin sim peritus' ex **Plauto** (**Pers. 270**) laudari monuit ε* || 7 uarietate ***A*** || 8 consilium ***AP*** || consilio ***Merkel.*** || ad his ***P*** || discertus ***A*** || 11 quid *addidit* ***Merkel.*** || Phyton ***P*** || 12 Apidis ***Iablonski Panth. Aegypt. II 2 t. II 210 Mommsen.** röm. Chronolog. p. **253** adn. **17*** || 13 decorati ***AP*** || decorari ***Vrbinas*** || 14 ut (in) dicitur ***A*** || relegiose ***A*** || tunigatum ***A*** || tonicatum ***P*** || 15 portare ***AP*** || portant ***Merkel.*** || 16 aegyptii ***P*** || uicumq. unum ***A*** || ui Cumq.uuum ***P*** || et eum per uicum unum quemque ***Büchel.*** || 17 ne *addidi* || existimentur *deleui* || 18 ut *deleui* || crudeliusq. ***A*** || amputantur ***P*** || deducuntarq. ***A*** || 19 sacendoti ***A*** || eisidis ***AP*** || isidis ***Strozzianus*** || eius dei ***Bücheler.*** || notatur adyios ***AP*** (notatur *ex* noïatur *ortum puto*) || nominatur adytos ***Vrb. Strozz.*** || uocatur ἄδυτος ***Haupt. ap. Momms.*** || 20 intercalandum iurarent quem in ***AP*** || intercalatu-

calaturos se neque festum diem inmutaturos, sed CCCLXV peracturos, sicut institutum sit ab antiquis. deinde alterum illis iusiurandum imponitur, sementim per terram aquamque custodiendam conparandamque. tum demum diademate inposito potiuntur Aegyptiorum regno. sed ut illo reuertamur, unde digressi sumus, igitur dii immortales posteaquam Typhonem digna poena adfecerunt, quamquam consilio sine turba tumultuque interfecerunt, Pana sancta astrorum memoria decorauerunt et ei nomen Aegipana inposuerunt, quod cum ceteri se in bestias conuertissent, Pan se in capram transfigurasset oppidumque magnificum in Aegypto aedificauerunt idque Panopolin nominauerunt. capricornus habet stellas in singulis cornibus singulas, in naso I claram, in capite II, sub collo I, in pectore II, in pede priore I, *in* summo pede I, in dorso VII, in uentre V, in cauda II claras. sunt in summa XXIIII.

Et cum terrores]

Hic sagittarius. quem quam plures centaurum putant, alii negant, quod quadrupes esse non uideatur, sed

ros se neque *Mommsen.* || 1 inmutaturosed *A* || 2 ita ab *AP* || sit *Mommsen.* || aliter *AP* || alterum *Büchel.* || aliud *Merkel.* || illius *AP* || illis *Merkel.* || 3 imponis *A* || inponis *P* || imponitur *scripsi* || imponunt *Merkel.* || statim *AP* || sementim *Mommsen.* || statum *Merkel.* || 4 conparandam qui *A* || conparandam. Qui *P* || conparandamque *Mommsen.* || deụmum *P* || 6 inmortales *P* || 7 sed ideo poena *AP* || digna poena *Wölfflin. de L. Ampelii lib. mem. p. 27* || affecerunt *P* || quāq. *AP* || quamquam *scripsi* || nam Panis consilio *ε* || quamq. — interfecerunt *deleri uoluit Bücheler.* || 8 Pana *in margine cod. A infra positum hic conlocaui* || Pana *pro* sancta *coniecit Bücheler.* || 9 aegyptii pana (pana *in margine A repetitum*) *AP* || Aegipana *Merkel.* || 10 ceteris si *P* || pansa *A* || 12 ibiq. *P* || capricornis *A* || 13 caput *P* || 14 in *addidi* || *lacunae signo* posteriore *uel tale aliquid post* pede *excidisse significauit ε cf. contra Strozzianum:* in summitate ipsius pedis I || 17 *praecedunt Germ. u. 291—314* || 18 *Cat. XXVIII Hyg. P. A. II 27 III 26* || sagitta *AP* || sagittarius *Vrb. Strozz.* || 19 quadrupe *A* || uideanṭur *P* ||

stans bipes sagittetur neque centaurus ullus sagittis usus est. hic autem homo equinis pedibus est et caudam habet ueluti satyri. hic dicitur Crotus, Euschemus Musarum nutricis filius, ut Sositheus tragoediographus refert, inhabitasse Helicona, qui sagittarius uenatu uitam exigeret. at is quia inter Musas saepius moratus plausu cantus earum distinguebat id est ad pedem manibus plaudebat †quem alii timerent, hunc Musae beneficio Iouis astris intulere. cuius artes mortales mansere plausus et sagittari. sub hoc sita est nauis. habet sagittarius stellas XIII et nauis VII. Nigidius de Croto eadem dicit, sed non conuersatum Musis, sed cum illae cantus chorosque celebrarent, hunc procul abditum repentino plausu ad pedem ferientem oblectasse canentes. ob hoc eum ab Ioue immortali memoria earum rogatu donatum, quod esset nutricis earum filius, Oceani nepos. alii eum Chironem esse dixerunt, Saturni et Philyrae filium, *qui* iustissimus maximeque pius atque hospitalis esset. a quo Aesculapius medicinam, Achilles citharam, †in astrologia, Hercules litteras didicisse dicantur, propterea deorum

2 aequinis *AP* || 4 tragoediodiographus *AP* || refer *AP* || 5 adqui *AP* || qui *scripsi* || sagittarium *AP* || sagittarius *scripsi* || uena *AP* || uenatu *Vrb. Strozz.* || exigeretatis tatis *A* || exiger aetatis *P* || qui *AP* || quia *scripsi* || 6 eorum *AP correxi* || 7 quem alii timerent *AP* || quod alii imitarentur *Schaubach.* || quae arriderent *ε* || 9 sagittarii *P* || 11 crotone *AP* || Croto *ε* || aeadem *P* || multis *AP* || musis *Vrbinas Strozzianus* || 12 ille *AP* || chorus q (i *supra*) *A* || corosq. *P* || 13 oblectabat (*post* oblectabat *decem fere litterarum lacuna A*) *AP* || oblectasse *scripsi, nisi forte ex Vrbinate* oblectare *scribendum et* solitum *addendum est* || 14 ab *A* || inmortali *P* || datum *AP* || donatum *Vrbinas* || 16 cum *AP* || eum *ε* || cyronem *P* || dicerent *AP* || dixerunt *ε* || filore (i *supra*) *P* || 17 qui *addidi* || quod *ε* || iustissimos (v *supra*) *P* || plus *AP* || pius *ε* || 18 aesco lapius *P* || medicina *A* || medicana (i *supra*) *P* || medicinam *scripsi* || cythara *A* || cithara *P* || citharam *scripsi* || in astrologia *AP in particula* in *herois alicuius nomen latere et* astrologiam *scribendum esse puto* || 19 herculis *AP* || *post* Hercules *lacunae signum ε* || dedicisse *A* || didiciss& *P* ||

numero uidetur esse relatus. sagittarius habet stellas in capite duas, in acumine sagittae duas, in dextro ancone unam, in manu unam, in uentre unam claram, in dorso II, in cauda unam, in genu priore unam, fiunt summa XI. in summo pede unam, in posteriore genu unam. fiunt XIII. nauis autem VII stellae *reliquae* sub crure *similes sunt* posteriorum, quae non ostenduntur, quod centaurus duplex sit.

Vnguibus innocuis]

Haec esse dicitur sagitta Apollinis, qua Cyclopes interfecit eos qui Iouis fulmen fecerunt, quod eo telo Aesculepius filius eius a Ioue esset interfectus. quam sagittam astris inlatam memoriam uirtutis suae reliquisse. habet stellas quattuor, in summo I, in medio I, ultra duas in fundo sagittae.

Aquila haec est, quae Ganymedem rapuit in caelum Ioui ministrum. est enim ea et signum Iouis, quod sola auium solis radiis non terreatur. namque ita est spectans ad orientem pennis tensis. Aglaosthenes dicit, Iouis cum ex Naxo aduersus Titanas proficisceretur et sacrificium faceret, aquilam ei in auspicio apparuisse. quam bono omine acceptam tutelae suae subiecisse. habet stellas IIII. ex his media clara est.

VII
2 anchone ***P*** || 5 summa ***A*** || 6 semper (semper *linea transfixo*) ***A*** || VIII ***P*** || reliquae *addidi* || sub crure unam ***A*** || sub crure I ***P*** || similes sunt *addidi cf. progr. Posn. p. 7* || 7 posteriorem ***A*** || qui ***AP*** || quae ***Vrbinas*** || 9 *praecedunt Germ. u. 318—320* || 10 ***Cat. XXIX Hyg. P. A. II 15 III 14*** || quae ***AP*** *correxit* ε || cycoples ***P*** || 11 fulmem ***A*** || aescolepius ***P*** || 13 relinquisse ***A*** || 14 duo ***A*** || II ***P*** || 16 ***Cat. XXX Hyg. P. A. II 16 III 15*** *Lactant. de falsa rel. I 11, 64 cf. Philol. XIII 665* || ganimedem ***A*** || gamnimedem ***P*** || 19 Aglosthenis ***A*** || Aglosthems ***P*** || Iouem ***AP*** || Iouis *scripsi nisi forte hoc loco ex Cat. XXX 21 quaedam excidisse statuendum est* || 20 naxo *corr. ex* nata ***P*** || titanas cum proficisceretur ***P*** || 21 homine ***A*** || animo ***P*** || omine ***Buhlius***, *haut scio an* pro bono omine *legendum sit* || 22 tutellè ***A*** || ḥeis ***P*** ||

Sidera quae mundi]

Hic causam talem habet cur astris sit inlatus. Neptunus cum Amphitritem diligeret uxoremque habere *uellet* et illa intellexisset, confugit ad Atlantidem, ut suam uirginitatem custodiret. quae cum se occulisset, multos misit qui eam peterent, inter quos et delphinum. qui cum circa insulas Atlantides rimaretur, repperit eam nuntiauitque Neptuno. quam ille persuasionibus ad suam perduxit uoluntatem delphinoque maximos honores in mari tribuit, quem et astris intulit consecrauitque et ipse in manu sua habere instituit, ut Artemidorus refert. habet stellas VIIII indeque musicum signum dicitur, quod numero Musarum stellas habet: in ore I, in lofia II, in uentris pinnulis III, in dorso I, in cauda II.

Tale caput]

Hunc Hesiodus ait Neptuni et Eurypyles filium, cui donum datum, ut supra fluctus ambularet ueluti super terram. qui cum Chio uenisset, Meropen Oenopionis filiam conpressit. quem Oenopion ob iniuriam excaecauit et finibus suis

1 *praecedunt Germ. u.* **324—327** || 2 *Cat. XXXI Hyg. P. A. II 17 III 16* || HIC *corr. ex* HNC *A* || Hic *i. e. delphinus* || quur *A* || aụstris *P* || 3 diligeret *bis P* || uxorem quam *A* || quem (uxorem *om.*) *P* || uxoremque *scripsi* || haberet *AP* || habere uellet *scripsi* || 4 confugiit (*ex P?*) *ε* || 5 niltus *AP* || multos *scripsi ex Cat. XXXI 8* πολλοὺς ὁ Ποσειδῶν ἐξέπεμψε μαστῆρας || Neptunus *Vrbinas ε* || 6 raperet *P* || raperent *ε* || dẹlphinum *A* || urca *A* || urcas *P* || circa *Vrbinas ε* || 7 plantides *AP* || athlantidis *Strozzianus* || Atlantides *ε* || nunciauitq. *P* || 9 delphino *P* || maximas *A* || maximo *P* || in astris *P* || 10 procreauitq. *AP* || consecrauitque *scripsi* || 11 artemmidorus *AP* || in libris quos de amore fecit *margo apogr. Berolin. cf. Cat. XXXI 16* (ἐν) ταῖς περὶ Ἔρωτος αὐτῷ πεποιημέναις βίβλοις || 12 ducitur *A* || stellam habet *A* || stellas ab& *P* || I *om. P* || folia *A* || f̊ịlia *P* || lofia *scripsi ex Cat. XXXI 18* ἐπὶ τῆς λοφιᾶς || in λοφιᾷ *ε* || 15 *praecedunt Germ. u. 331 sq.* || 16 *Cat. XXXI Hyg. P. A. II 34 III 33 fab. 195* || Hunc *i. e. Orionem* || euripyles *A* || euripịdes *P* || Εὐρυάλης *Cat.* || Euryales *ε* || 18 filiam *bis A* || 19 excecauit *AP* ||

expulit. ipse cum Lemnum uenisset, Vulcani auxilio usus, dedit ei +caballum qui eum ferret. qui cum ad ortus Solis uenisset, a Sole dicuntur ei lumina restituta esse. uersus ad Oenopionem, qui cum a ciuibus *in* terram absconderetur, Orion desperata eius inuentione Creta est profectus. ibi cum inmodicum uenaretur et a Diana et Latona corriperetur, ait se nullam feram in terris relicturum. Tellus indignata scorpionem extulit inmani magnitudine, qui poenas magniloquentiae eius exigeret. Orionem ob uirtutem Iouis astris intulit. idem rogatu Dianae et Latonae scorpionem caelo inter astra XII locauit. quorum contra magnitudinem stellae quoque eorum amplissimae sunt. ceterique auctores de eis idem proferunt. Aristomachus ait +caubrisa quendam Thebis uoto petisse, ut filium haberet, penes quem Iouis et Mercurius et Neptunus in hospitio deuenerunt inperauerunt-que ei hostiam deiceret, uti filius nasceretur. cuius pelle [bouis] detracta dei in eam urinam fecere iussuque Mercurii terra obruta, unde supra dictus sit natus quem Oriona appellauerunt. inlatus a Ioue astris. similem originem refert Hesiodus. hic latine iugula appellatur, quem ad modum et

1 expulsit *A* || 2 caballum *AP* || Cedaliona *schol. Sangerm. Schaubachius ego* || quo cum *ε* || hortus *P* || 3 a *corr. ex* & *A* || luminaria *P* || 4 ac^vi^ibus *P* || in *addidi* || 5 opion *AP corr. ε* || disperata *P* || uentione *AP* || inuentione *Vrbinas* || Cretam *ε* || Creta *retinui cf. supra* Chio *p. 92, 18* in Naxo *p. 62, 8* || 6 in modicum ueneraretur *P* || ad *A* || ab *P* || dianę latona *AP* || Diana et Latona *ε* || 7 feram *corr. ex* feras *P* || 8 intulit *P* || in tali *AP* || inmani *ε* || magnitudinem *P* || 9 Orionem *om. P* || 10 latone *A* || 11 inalter *P* || astris *A* || 13 de eisdem *AP* || de eis idem *scripsi* || de eis haec *ε* || praeferunt *A* || Aristhomachus *A* || caubris aquendam *A* || caubrisa quendam *P* || causam, Hyriea *Merkel.* || Hyriea *ε* || 15 inospitio *A* || in hospicio *P* || deuenirent *P* || inparauerunt q. *AP* || 16 ostiam *A* || 17 /· de bouis /· pelle *A* || bouis *deleuit ε* || dein eam *A* || 18 obrupta *P* || supra^i^ductus *P* || orioN *AP* || 19 inlatone in *A* || inlationem in *P* || inlatus a Ioue *scripsi* || *lacunae signum fecit ε* || orig^e^inem *A* || 20 hesi^o^dus *A* || iugala *A* || hic latine *etc. cf. Varro L. L. VI 3 Isid. de n. r. XXVI 8 Beck.* ||

apparet stellis figuratus viii. Orion habet stellas in capite iii claras, in singulis umeris singulas claras, *in* dextro cubito i obscuram, in ipsa manu i, in balteo iii, in enchiridio iii claras, in genibus singulas claras, in pedibus singulas. fiunt xvii. †ut iuga ii et temos ii singulas claras. omnes reliquae x stellae obscuriores. fiunt stellae xvii. aeternae balteus eius et gladius esse existimantur.

Cum tetigit solis]

Hunc dicunt custodem datum Europae una cum dracone. quae utraque postea Minos accepit. eadem postea ob medicinam Procridi muneri ab eo data, quae postea Cephalus utraque possederit, uir Procridis. quem cum ad Thebas adduxisset ad uulpem, quae Thebanorum agros infestabat — huic enim cani fuit fatum, ne ab ullo posset interfici, item fuit et uulpi — Iupiter uulpem in lapidem conuertit, canem in caeli astris intulit. cuius exortus origine continetur tali, ut Amphianus tragoediarum scriptor refert. cum subito hominibus segetes delinquerent, illico missus legatus canis ad Oporam. cum uidit eo tempore tempestiuam esse, adamauit.

1 figuratis *AP* | figuratus *ε* || Orion horion *A* || 2 humeris *P* || in *addidi* || dextro humero *P* || 3 obscur *A* || b$^{a}$elteo *A* || baltheo *P* || echiridion *AP* || enchiridio *ε* || 4. 5 singulis sunt xvii *P* || singulis singulas *ε* || 5 xvi *A* || et iugum ii et temo ii *ε* || 6 relique *A* || reliq. *P* || 7 baltheus *P* || 8 *praecedunt Germ. u.* ***336—340*** || 9 *Cat.* ***XXXIII*** *Hyg. P. A.* ***II 35 III 34*** || Hunc *i. e. canem* || eurupe *P* || una *corr. ex* uno *A* || cum dracone *μετὰ τοῦ δράκοντος legebatur in Cat. ante Koppiersi emendationem ἄκοντος* || 11 procridemuneri *AP* || Procridi *Vrbinas* || caphalus *A* || 12 possiderit *A ante corr. P* || cumq. athebas (thabas *A*[1] *teste Kiessling.*) *A* || Cephalus ad Thebas *ε* || 13 qu&hebanorum *P* || 15 uulpis *AP* || uulpi *apogr. Heins. ap. Schaubach. prog. Meining.* ***1832*** *p.* ***4*** || Iuppiter *P* || 16 caelo in astris *A* || caelo astris *P* || caeli astris *scripsi* || caelo astris *ε* || orige *P* || 17 amphiam *AP* || Amphyanus *Vrb. cf. Meineke com. gr.* ***III 320*** *hist. crit. p.* ***404*** || Amphion *ε* || sub hominibus stellae relinquerent locum *AP* || subito hominibus segetes delinquerent, illico *scripsi cf. progr. Posn. p.* ***7*** || 19 doloram *corr. ex* dolorem *A* || doloram *P* || Oporam *Meinek. fr. com. gr.* ***III 320*** || tempestiuam *corr. ex* temptatiuam *P* ||

qui cum flagraret amore nec posset frui, magis asperius urebatur. at homines calamitate accepta deos adiutores inuocare coeperunt. tunc Aquilo misit filios adulescentes, qui Oporam cani traderent. ipse flatu suo canis ardorem sedauit. qui flatus etesiae dicuntur. amoris autem memoria remansit: eo tempore, quo Opora [id est pomatio] est, eum oriri feruentissimum. quae autem est stella in capite eius Isis dicitur, quam quidam Sirium dicunt ab ardore. alii autem hanc esse dicunt Orionis canem eumque omnibus feris immitem fuisse cum Orione sideribus collocatum. habet stellas †xx. sed canis habet stellam in lingua I, quam caniculam appellamus, claram, in armis singulis singulas obscuras, in pectore duas, in pede priore III, in uentre II, in sinistro femore I, in extremo pede claram I, in cauda IIII. fiunt †xx. situm signum inter hiemalem tropicum et arcticum subterraneum, quod notium uocatur. quae est in lingua eius canicula dicitur.

Sic utrumque oritur]

Hic dicitur Orionis canem fugere uenantis. nam cum,

1 amorem ***AP*** || amore ***Vrb*** || 2 ad ***AP*** || calamitatem ***P*** || accepti ***AP*** || accepta ***Vrbin.*** || et inuocare ***P*** || 3 adolescentes ***P*** || 4 operam ***AP*** || saedauit ***P*** || 5 &aesiae ***AP*** || moris ***AP*** || amoris ***Strozz. et Vrbin.*** || 6 opera ***AP*** || id est pomatio *deleui* || pomatioe seu moriri ***A*** || pomatio eseumoriri ***P*** || pomatio est eum oriri *scripsi* || quo homines aestu mori frequentissimum ε || 8 quidem ***A*** || syrium ***AP*** || ʋdore ***AP*** || ardore ε *cl. schol. Ap. Rhod. II 517 cf. Ideler, Sternn. p. 240* || 10 inmitem ***P*** || habet stellas (stelł ***P***) xx. sed ***AP*** *fortasse legendum:* canis habet stellas xx. habet stellam || 11 stelł ***P*** || 12 clarāṣ ***P*** || *post* claram *addunt* ***Strozz. et Vrbin.*** in collo II || 13 priore priore ***P*** || in pede priore sinistro III, in dextro I ***Str. Vrb.*** || 14 extremo *corr. ex* dextro ***P*** || 15 hiemale ***A*** || hyemalē ***P*** || tropico & arctico subterreano (subterraneo ***A*** *teste* ***Kiessl.***) ***AP*** *correxit* ***Vrbinas*** || *'subterraneus autem uocatur circulus, quod illa sidera definit, quae proposita aliqua poli altitudine numquam ex horizonte emergunt'* ***Schaubach.*** || 16 nocium ***P*** || 17 dicur ***A*** || quae — dicitur *deleuit* ε || 18 *praecedunt* ***Germ. u. 342*** *sq.* || 19 ***Cat. 34 Hyginus P. A. II 33*** *qui eadem exhibet, id.* ***III 32*** || Hic *i. e. lepus* ||

*ut* oportebat, eum uenatorem finxissent, uoluerunt etiam *hoc* significare aliqua de causa. itaque leporem ei ad pedes fugientem finxerunt, quem nonnulli a Mercurio constitutum dixerunt eique datum praeter cetera genera animalium, ut *alios pareret,* alios haberet in uentre. qui autem ab hac causa dissentiunt, negant [oportere] tam nobilem tamque magnum uenatorem, de quo ante in scorpionis diximus signo et postea in ipsius figura dicemus, oportere *fingi* leporem uenari; Callimachum quoque accussari, quod, cum Dianae scriberet laudes, eam leporino sanguine gaudere et eos uenari dixerit. itaque Oriona cum tauro decertantem fecerunt. leporis autem hanc historiam memoriae prodiderunt: aput antiquos *in* insula Lero nullum leporem fuisse, sed ex eorum ciuitate adulescentulum quendam studio †generis *inductum* ab exterae gentis finibus leporem feminam praegnantem *adtulisse* et ad eius partum diligentissime quae opus essent administrasse. itaque cum peperisset compluris eius ciuitatis ad *idem* studium incidisse et partem pretio *partem* beneficio mercatos [esse] omnes lepores alere coe-

1 ut *addidi ex* ***Hygino*** || finxisse ***AP*** || finxissent ***Hygin.*** || hoc *addidi ex* ***Hygino*** || 2 qua de causa *ε* || leporem *corr. ex* laporem ***P*** || eius ***P*** || 3 figientem ***A*** || 4 isque ***AP*** || eique ***Hygin.*** || propter ***P*** || lepora genera ***AP*** || cetera genera ***Hygin.*** | 5 alios pareret *addidi ex* ***Hygino*** || ut[a]lios ***P*** || 6 oportere *deleui* || 7 magnā *corr. ex* magne ***P*** || de *om.* ***P*** || scorpione ***A*** || scorpionē ***P*** || scorpionis ***Hygin.*** *de hoc loco cf. progr. Posnan. p. 9* | dic[e]imus ***A*** || dicimus ***P*** || 8 oport[a]ere ***A*** || fingi *addidi ex* ***Hygino*** || 9 Callimacum *corr. ex* Callimatum ***P*** || accussare ***A*** || accusare ***P*** || 10 scribet ***A*** || eum ***A*** || eius ***P*** || eam ***Hyginus*** || lepo-rin[o]ę ***P*** || 11 deos ***AP*** || eos ***Hyginus*** || *Callimach. hymn. III 2* τῇ τόξα λαγωβολίαι τε μέλονται || 12 storiam memorię ***A*** || memoriamemorię ***P*** || 13 apud ***P*** || in *addidi ex* ***Hygino*** || 14 aduliscentulum ***A*** || studio Veneris *ε* || 15 inductum *addidi ex* ***Hygino*** || exteris ***AP*** || exterae ***Hygin.*** || 16 pregnantem ***AP*** || adtulisse *addidi ex* ***Hygino*** || 18 idem *addidi ex* ***Hygino*** || partem pretio (pr[e]&io ***A***) beneficio (benefitio ***P***) ***AP*** || partem pretio partem beneficio ***Strozzianus*** || 19 esse *deleuit ε* || laebores ***A*** || coepisset ***A*** || cepisset ***P*** || coepisse ***Hyg.*** ||

pisse et ita non longo interuallo tantam magnitudinem leporum procreatam, ut *tota* insula ab eis occupata uideretur. quibus cum *ab hominibus* nihil daretur, in semina eorum impetu facto insulam calamitas adflixit. †totius consilium ciuitatis, uti uix eos ex insula abigerent. itaque postea leporis figuram in astris constituisse, ut homines meminissent, nihil *esse tam* his exoptandum in uita, *quin* si insolenter utantur, *ex eo* plus doloris quam laetitiae capere posterius cogantur. stellas habet in oculis singulas, in corpore duas, in extrema cauda I, in posterioribus pedibus singulis singulas. fiunt septem.

Vt cum decurrens]

Haec beneficio Mineruae astris inlata quaeque prima n a u i s ab ea fabricata dicitur et uocalis fuisse, exemplar posteris nauibus futura. quam non totam caelo figurauit, sed *a* gubernaculis usque ad malum, animi aequitatem nautis factura. habet stellas †XXVI, in puppe IIII, in catastroma V, in malo summo III, sub carina V, summa XVII.

Diuerso posita]

1 tamtam ***P*** || leborum ***A*** || 2 ita insula ***A*** || ut insula ***P*** || tota *addidi ex **Hygino*** || ab eis *om.* ***P*** || ab hominibus *addidi ex **Hygino*** || 3 uacaretur *ε* || 4 impetus ***A*** || inp&u ***P*** || adflix̄ ***AP*** || *post* adflixit *aliquid excidisse uidetur cf. **Hyginus**:* quo facto incolae calamitate adfecti, cum fama forent oppressi, communi consilio totius ciuitatis uix denique eos ex insula abegisse dicuntur || totius consilium ciuitatis fuit, ut [ex] eos ex insula abigerent *ε* || 5 uti ex eos ex singula ***A*** || uti ex eos (ex) singula ***P*** || uti uix eos ex insula *scripsi ex **Hygino*** || 6 contulissent ***AP*** || constituisse *scripsi ex **Hyg.*** || contulisse *ε* || 7 esse tam *et* quin *addidi ex **Hygino*** || inuitasiinso/lenter ***P*** || utanturius ***A*** || utantur,ius ***P*** || 8 ex eo plus *scripsi ex **Hygino*** || e&titiae ***P*** || 9 stelł ***P*** || 10 singul(i)as singulas ***P*** || 12 *praecedunt **Germ. u. 347—355*** || 13 ***Cat. XXXV Hyg. P. A. II 37 III 36*** || Haec *i. e. nauis* || quę quae ***A*** || 14 fr(a)ibricat‿adicitur ***P*** || 16 a *addidi* || ma/malum ***A*** || aequitas/nauis futura ***AP*** || aequitatem nautis factura *scripsi* || 17 catasroma ***A*** || catas/rema ***P*** || ἐπὶ καταστρώματι ***Cat.*** || 19 *praecedunt **Germ. u. 359—362*** ||

H aec est cui Andromedae proposita erat, quam Perseus interfecit. cuius ut memoria actus maneret, ab Ioue astris inlata est. habet stellas xiii, in cauda claras ii et a cauda usque ad flexus eius v, sub uentre sex. fiunt xiii.

Planxere ignotis]

Huius initium ad pedem Orionis sinistrum est. qui cata Aratum Eridanus uocatur sed nullum exemplum proferentem. aliis placet aequius eum Nilum appellari, hic enim unus a meridie fluit et subest etiam eius stella, quae Canobus appellatur, qui contingit gubernaculis Argo. quo nullum sidus inferius †reparet, ob quod terrestris uocatur. habet stellas primo flexu tres, secundo tres, in tertio usque ad nouissimum septem, quae dicuntur ora Nili. summa stellae tredecim.

Infimus hydrochoos]

Hic est qui maior *piscis* uocatur, quem dicunt aquarii fusionem urnae ebibere. hic prima memoria *κατὰ Βαμβύκην* fuisse fertur, *in* quod Derceto *decidens in piscem* est

1 ***Cat. XXXVI Hyg. P. A. II 31 III 30*** || Haec *i. e. pristis* || preposita ***P*** || quem ***P*** || 3 inlatus ***AP*** *quod cum ex* inlata s̄ *ortum ducam scripsi* inlata est || xiiiI ***P*** || caudali claras⁎ ii ***A*** *teste* ***Kiessl.*** || 4 fexus ***A*** || xiiii ***P*** || 5 *praecedunt* ***Germ.*** *u.* ***366—378*** || ***Cat. XXXVII Hyg. P. A. II 32 III 31*** || 6 Huius *i. e. Eridani* || adtede orionis ***A*** || adtedeorionis ***P*** || ad pedem *scripsit ex* ***Cat.*** *ε* || *κατ᾽ Ἄρατον ε* || 7 heridanus ***P*** || p̄uertens ***AP*** || proferentem *scripsi* || 8 aequiusum ***AP*** || aequius eum *scripsi ex coniectura ε* aequius istum. *antea conieceram* aequissumum || piceni munus ***A*** || picem munus ***P*** || hic enim unus *scripsi cf.* ***Herm. I 459*** || piscium unus *ε* || 9 fuit ***AP*** || fluit *scripsi* || enim ***AP*** || etiam *ε* || canopus ***P*** || 10 quod ***AP*** || quo *scripsi* || qua *ε*, *at de Canobo, non de Argo agitur cf.* ***Cat. XXXVII, 22*** *τούτου* (*i. e. Κανώβου*) *οὐδὲν ἄστρον κατώτερον φαίνεται· διὸ καὶ περίγειος καλεῖται cf.* ***Schaubach. Cat.*** *p.* ***118*** || sydus ***P*** || 13 stelł ***P*** || 15 *praecedunt* ***Germ.*** *u.* ***382—392*** || 16 ***Cat. XXXVIII Hyg. P. A. II 41 III 40*** || piscis *addidit ex* ***Cat.*** *ε* || 17 uineę bibere ***P*** || KATACANBICI infuisse ***A*** || KΛTΛCΛNBICI· infuisse ***P*** || *κατὰ Βαμβύκην* ***Cat.*** stagno *addunt* ***Vrbin.*** *et* ***Strozz.*** || 18 quod faceus est transfigurata ***AP*** || in quod *et* decidens in piscem *addidi ex* ***Vrbinate*** || Derceto ***Schaubachius*** ||

transfigurata. quam Syri deam nominauerunt. huius dicuntur et priores pisces duo ex genere esse. quos omnes ob eam, quod Veneris esset filia, honorati erant et in caelum retulerunt. eaque regione pisces religiose colunt, aureos argenteosque sacrant in templis. habet stellas xii. [haec sunt astra siue signa quae planetae appellantur.]

Oceanum occasu]

Hoc est in quo dei primum coniurationem fecerunt, cum Iouis contra Saturnum fecit. †quod memoriae non solum astris inlatum sed etiam hominibus hoc habere instituerunt. quod et in agonibus sed et in ludis quinquennalibus coronae habetur ut foederis testem adhiberent, itemque uates per quos per ignem fura responderent et in symposiis domibusque consecrarunt. habet stellas iiii, duas in carbonibus et in base duas.

Inde per ingentis]

Hic est Chiron, qui dicitur Saturni et Philyrae filius.

1 quem syrideum *AP* || quam *Vrb. Strozz.* || Syriam deam *Heynius ap. Schaub. Cat. p. XLI* || 3 erunt *AP* || erant *Heinsii apogr. apud Schaub. progr. Meining. 1834 p. 4* || honorauerunt ε || 4 ea quae *A* || coluntur eos *AP* || colunt, aureos ε || 5 sacrantis templis *AP* || sacrant in ε || haec — appellantur *deleuit Schaubachius* || xxiI *P* || hic *P* || 6 quae planta appellantur *Grotius Syntagm. Arat. ad imag. p. 67* || 7 *praecedunt Germ. u. 396—413* || 8 *Cat.* XXXIX *Arati schol. p. 86 Bekk. Hyg. P. A. II 39 III 38* || Hoc *i. e. turibulum* || diei *AP* || dii *Strozz. Vrb.* || cum iurationem *P* || 9 ˌiouis *P* || fecer *AP* || bellum *ante* fecit *addi uoluit Schaub.* || 11 &[IN] agonibus *P* || quinqueniunalibus *A* || quinq. malibus *P* || 12 corønę *A* || federis *AP* || 13 futura *Strozz. Vrbin.* || symposis *A* || simposis *P* || 14 domibus quae *A* || consacrarunt *A* || *hunc locum corruptissimum ita sanare conatus sum progr. Posn. p. 10:* quod memoriae causa non solum astris inlatum, sed etiam homines hoc in symposiis domibusque habere instituerunt et consecrarunt. quod et in agonibus [id est in ludis quinquennalibus] qui coronas tribuunt ut foederis testem adhibent. itemque uates in hoc per ignem iurantes responsa dant || auas in carbonibus *A* || duo *A* || ·ii· *P* || 15 duas *scripsi* || 16 *praecedunt Germ. u. 417—425* || 17 *Cat.* XL *Hyg. P. A. II 38 III 37* || Hic *i. e. Centaurus* || phylyrę *AP* ||

habitauit Pelium montem, inter homines aequissimus, magister Aesculapii et Achillis †auctorque eorum. cuius hospitio Hercules usus ex pharetra delapsa sagitta Chironis pedem uulnerauit. quo exutus inmortalitate †ab Ioue astris inlatus. in manu fert quod therion appellatur. situs contra argo. habet stellas Centaurus in umeris singulas et in cubitis binas, in pectore IIII, in reliquo corpore X, in pedibus II, in uesti sex, in thyrso IIII, therion *id est* bestiola, quam tenet in manu, X, in capite V, ipsius in manu II. fiunt quinquaginta tres.

Huic primos tortus]

Hoc signum commune est, quod est factum enarges. honoratus est autem coruus ab Apolline sacrificio facto deis sponden adferre de lacu quodam, quod fuit castum antequam uinum ostenderetur. qui cum uidisset [et] ad fontem ficus grossos arbores habentes uolans, consedit in eis, donec maturae fierent. post paucos dies peracto sacro [et] ille ficus comedit. cum sensisset se peccasse, eripit ex eo fonte anguem. attulit cum ipso cratere dicens ebibisse, quod fuerit

1 aequissim[o] *P* || 2 aescolapii *P* || aliorumque heroum *ε cf. p. 90, 17* || atque aliorum *conieceram cf. Ampel. II 9* || hospicio *P* || 3 ph[a]ẹretra *A* || pheretra *P* || 4 in mortalitate *P* || quo uita exutus inmortalitate donatus et ab Ioue astris inlatus *suppleo* || 6 in singulis humeris *P* || 7 cubitis singulas *P* || 8 uestisexin *A* || ueste VI. In *P* || thyso *P* || orion bestolo quem *A* || In bestiola quam *P* || therion id est bestiola quam *scripsi* || 10 *non quadrat numerus in stellas enumeratas* || 11 *praecedunt Germ. u. 429 sq.* || 12 *Cat. XLI Hyg. P. A. II 40 III 39* || Hoc signum commune est *sc. angui coruo crateri* || factum arcis *AP* || factum enarges *scripsi cf. Cat. XLI 18 ἀπὸ πράξεως γεγονὸς ἐναργοῦς* || fictum *ἄκυρον Merkel.* || factum *ἐναργές ε* || 13 oratus *Merkel. ε* || apollini *AP* || sacrificio facto *AP cf. Philol. XIII 662* || sacrificium facturo *Merkel. ε* || de his respondenda (resp[o]ẹndenda *P*) *AP* || deis sponden *scripsi* || deis reddendam aquam *Merkel. ε* || 15 et *deleuit Merkel.* || 17 mature *AP* || pactosagro *AP* || peracto sacro *Merkel.* || et *deleuit Merkel.* || 18 erepit *A* || fontem *P* || aquam *AP* || anguem *Merkel.* || 18 dicen[s]ṭ *A* || excidisse *AP* || ebibisse *scripsi* ||

in fonte aquae. re cognita Apollo coruo in[ter] hominibus poenam ad paucum tempus dedit sitim, ut Aristoteles dicit in eo libro, qui de bestiis scribitur, item Isidorus in naturalibus id est physicis memoriae tradidit, ut ipse peccatis poenas daret. quem postea astris intulit. cratera autem cum aqua medio posuit angue, caudam autem anguis coruum rostro adpetentem, ne possit iuxta ascendere ut bibat. habet anguis stellas in rostro tres, in prima flexura VI, una obscura ex eis ad ultimum, in secunda flexura III, in tertia IIII, in quarta duas, in quinta usque ad caudam VIIII claras. fiunt XXVII. coruus in cauda spectans occasus [qui] habet in acie stellam I claram, in pinnis II, in cauda II, in pedibus singulas ad unguis. fiunt VII. paulum ultra prima flexura crater situs est, inclinatus ad genua uirginis. habet in labris stellas duas obscuras, in medio III, in fundo duas. fiunt X. [†stellas angulis XII coruus autem, qui est ad ultimam eius caudam spectans occasum habet stellas VII. crater in prima curuatura anguis positus ad genu uirginis habet stellas decem].

Sub geminis procyon]

1 fontē aqua ***AP*** || fonte aquae *scripsi* || fontem anguis ***Merkel.*** || fontem aquam ε || recognita ***AP*** || inter hominibus ***A*** || inter homines ***P*** || in certo mense ***Merkel. cf. Philol. XIIII 662*** || 2 *de Aristotelis libro cf. Heynius apud Schaubach. Cat. p. XLIII Valentini Rose Aristoteles pseudepigr. p.* **345** (*fr.* **320**) || 3 besteis ***A*** || idem ***P*** || *de Isidoro cf. G. Becker. Isidor. p. VIIII* || 4 phisicis ***AP*** || pęnas ***P*** || 5 cetera ***P*** || cum qua ***AP*** || cum aqua *scripsi* || 6 anguis in medio coruo ***P*** || 7 neque posse ***AP*** || ne possit *scripsi* || acc$^{n}$ẹdere ***A*** || 10 VIII ***AP*** || VIIII *scripsi ex Cat. XLI p.* **266, 7** *ἀπὸ τῆς ε' καμπῆς μέχρι τῆς κέρκου θ'* || 11 qui *deleui* || 12 aciem ***A*** || claras ***A*** || penn$^{i}$as ***A*** || 13 singulis ***P*** || ungues ***P*** || VIII ***AP*** || VII *scripsi ex Cat.* || indinatus ***P*** || 15 stelł obscuras II ***P*** || duo ***A*** || II ***P*** || 16 fiunt X ***AP*** *non quadrant numeri* || stellas — decem *deleui cum ea uerba ex prioribus repetita uideantur* || stellas in angulis XII ε || 18 primo coruus & ***AP*** || prima curuatura *scripsi* || 20 *praecedit Germ. u.* **433** ||

Hic prior dicitur, qui*a prior* oritur quam maior canis, qui Orionis canis dicitur eique tributum, quod studio uenandi est deditus. ob quod ursa ei proxima paret et aliae bestiae. habet stellas III, *una* canis prior est et idem paret ut canis maior. ideo et procyon uocatur, quod ante maiorem oriatur. †haec quae sunt stellae ob signorum circula quarum sola appellatur in XII mensibus, quod et ipsa XII sint.

Quinque aliae stellae]

De quinque stellis, quas planetas uocant ob adsiduos earum motus. quinque deis adsignauerunt. de his Phaenon, quem Heraclides Ponticus refert *a* Prometheo pulcherrimum fictum hominem. quem cum occulisset et Cupido eum Ioui indicasset, misit *is* Mercurium, qui eum tamquam ad inmortalitatem uocaret. qui non ante adnuit quam potione accepta. caelo receptus honoratus est. Iouis est stella

1 dicitur *om.* ***A*** || qui oritur ***AP*** || quia oritur ***Schaubach.*** || qui oritur prius quam *ε* || quia prior oritur *scripsi* || 3 et ***AP*** || est *ε* || ursa ***contra Cat. XLII*** *καὶ γὰρ Λαγωὸς ἐχόμενος* || et ***AP*** || ei *ε* || aliae bestia ***A*** || alia bestia ***P*** ***corr. Schaubach.*** || 4 una *addidi ex Cat.* || cuius prior ***AP*** || canis prior *scripsi* || et eidem ***AP*** || et idem *scripsi* || pares ***AP corr. Schaub.*** || 5 prochyon ***AP*** || 6 maiorem oria ***A*** || maiorem oria ***P*** || oriatur *ε* || stellae *om.* ***P*** || circula ***A*** || circulạ̊ ***P*** || haec — appellatur *ex Cat. τὰ δὲ μετὰ ταῦτα ἄστρα γίνεται ἐν τῷ ζωδιακῷ κύκλῳ, ὃν ὁ ἥλιος διαπορεύεται fere ita legendum est:* reliquae sunt stellae ob signorum circulum, quem sol perambulat || reliquae sunt in signorum circulo quem sol percurrit ***Schaubach.*** || haec quae sunt [stellae] duodecim signa Sol circulo *ε* || 7 ipse ***AP*** || ipsa ***Schaubach.*** || 9 *praecedunt* ***Germ.*** *u.* ***437—439*** || 10 ***Cat. XLIII Hyg. P. A. II 42 IV 15—19*** || quę ***AP*** *corr.* ***Schaubach.*** || 11 dies ***AP*** || deis *ε* || de his hę non quę ***AP*** || de his prima Phaenon dicitur quem ***Schaubach.*** || de his Phaenon quem *scripsi* || 12 a *addidi cum Schaubachio* || 13 factum *ante corr.* ***A*** *teste* ***Kiessl.*** || et uitio ***AP*** || eum Ioui *scripsi* Ioui ***Schaubach.*** || et uitia (*lacunae signo ante* et cupido *posito*) *ε* || *excidere poterant* Iuppiter uirginem fingi iussit quae hominibus afferret thecam in qua inerant *ε* || 14 missum ***Schaubach.*** || is *addidi* || tanquam ***P*** || 15 annuit ***P*** || positione ***Schaubach.*** || 16 est *om.* ***A*** ||

Phaenon. secundus Phaethon, qui cognominatus dicitur ab Solis filio Phaethonte. post fulminis ictum caelo receptus. hanc stellam quidam Saturni dicunt. tertium sidus Martis, qui Pyrois uocatur, non maximum, igneum colore. qui putatur iuxta Venerem situs hac ex causa. petisse, quod Venerem ipse Vulcanus haberet uxorem, non nisi de sideribus ei esset iunctus. Pyrois dicitur a suo feruore et celeritate. quartum sidus Veneris, Phosphoros colore aureo, maior omnibus sideribus. quem Hesperum et Phosphorum esse dicunt. est autem pes et capud. †ob amorem ex apice rapuit et cum eo concubuit. ex hoc honoratus caelo, ex utrisque eius partibus Phosphoros et Hesperus uocatur. quintum sidus Mercurius uocatur. Stilbon est, quem pusillum sed clarum Mercurio adtribuunt, quod is primus constituit ordinem caeli et stellarum et horarum. Stilbo uocatur hac ex causa.†

1 phenon *AP* || secundum *P* || ph&hon *A* || ph&on *P* || cognominatur *P* || 2 ph&hone *A* || ph&one *P* || qui *ante* post *addi uult* ε || fluminis *AP* || 3 sydus *P* || 3 pirois *P* || ignem *AP* || igneum *scripsi* || igneo *Schaubach.* || colori *A* || colori *P* || nam propter maximum ignem caloremque ε || 5 haec *P* || 6 Vulcanus *seclusit* ε || missi de sideribus (syderibus *P*) *AP* || non nisi de s. *scripsi* || permissum erat ut sideribus *Schaubach.* || 7 phyrois *deleta* h *A* || pyrois *P* || 8 quartus sydus *P* || Bosphorus *P* || airo *A* || auro *P* || aureo ε || 9 syderibus *P* || bosphorum *P* || 10 pes *om.* *P* || caput *P* || exapyceranuit *A* || Est autem et filius Aurorae et Cephali, quem ob amorem ex apice Hymetti montis rapuit *Schaubach.* || est Aurorae et Cephali filius. ob amorem Aphrodite rapuit ε || 11 caelo honoratus *P* || 12 utrisque eis partibus *A* || utrisque partibus *P* || utrisque eius partibus ε || bosphoros *P* || 13 sydus *P* || stilboni uocatur *P* || post illum *AP* || pusillum ε || 14 Mercurius (uocatur Stilbon) est quidem pusillum ε || adtributum *AP* || adtribuunt *scripsi* || his *P* || prius *AP* || primus *Schaubach.* || 15 orbem *AP* || ordinem *scripsi* || 16 *post* causa *aliquid excidisse uidetur cf. Cat. XLIII Στίλβων δὲ καλεῖται διὰ τὸ φαντασίαν τοιαύτην αὐτὸν ποιεῖν quae quidem Catasterismi uerba delenda censuit Heynius* ||

Annosasque uias]

Ostenditur autem unus inter circulos caeli, qui lacteus uocatur, quod albis nubibus denotetur circuitus eius, quod Iuno *lac* mamillis effudisse dicitur, cum audisset, Herculem suum filium non esse. alii dicunt per Saturnum factum, cum lapidem ei *Ops* pro Ioue attulit, dicens hoc esse quod peperisset. quia ob naturam Saturnus non crederet, eam peperisse, mamillis elatis expressisse et ostendisse lactem iratam. effusum est lacte: facta est circuli albi species.

1 *Germ. u. 443—458* || *quae secuntur bis scripta sunt in utroque codice et ante uersus Germanici et post eos. priorem scripturam* ***AP****, posteriorem απ notaui* || 2 *Cat. XLIV Hyg. P. A. II 43* || autem inter caeli unus qui ***AP*** || 3 nubibus *corr. ex* nibibus ***P*** || uocatur denotetur ***P*** || circulus ***AP*** || 4 lac *addidit ε* || mamillis *om.* ***P*** || effusisse ***AP*** || circumaudisse ***AP*** || 5 filium suum ***P****π* || opem saturno ***AP*** || cum in lapidem ***AP*** || cum lapide mors *α* || cum lapidemorso *π* || 6 cum Ops Saturno lapidem *Schaubach.* || cum lapidem ei Ops *scripsi* || hoc est et quod ***AP*** || hoc eas equod *α* || 7 qui ***AP****απ* || quia *scripsi* || quem cum *ε* || ornaturam *α* || or naturam *π* || credederet *α* || iam perisse ***AP*** || 8 elatus ***AP*** || expraessisse ***A*** || lacte mirata ***A****απ* || lacte mirate ***P*** || lactem iratam *ε* || 9 effusum est circuli (circulis ***A***) albi species (albispecies ***A***) ***AP*** ||

# SCHOLIA STROZZIANA ET SANGERMANENSIA.

Caelum quinque circulis distinguunt, quorum duo extremi maxime frigidi, australis humillimus et aquilonius excelsissimus. his utrimque proximi duo παράλληλοι uocantur ut ita dixerim aeque distantes, idem tropici, idem solstitiales; alter hibernus, per quem sol transiens et tenens octauam partem capricorni solstitium hibernum facit, alter aestiuus, per quem sol *transiens et tenens* octauam partem cancri solstitium aestiuum facit. medius est aequinoctialis, qui oc-

***S* = *codex Strozzianus.* *V* = *codex Vrbinas.* *Π* = *codex Palermitanus.* *G* = *codex Sangermanensis.* *G*[a] = *codex Sangallensis 902.* *G*[b] = *codex Sangallensis 250.* *B* = *codex Bruxellensis.* *b* = *editio Buhliana.***

1 DE CAELI POSITIONE ***inscribitur G*[a] *item G*[b] *nisi quod*** CELI ***praebet*** || T Claudii cesaris arati phenomenia Incipit↑feliciter. Item de celi positione et quinq; circulis↑mundi↑ ***inscribitur S*** || ***totum hoc caput legitur in fragmento Censorino adscripto cf. Censorin. ed. Iahn. p. 76*** || circuli distingunt ***S*** || circulis (circulos ***G***) quinque distinguitur ***GG*[a]*G*[b]*V*** || extrema ***V*** || 2 humilimus ***GVS*** || aquilonis ***V*** || excellentissimus ***S*** || 3 ut'q; ***S*** || utrūq; ***V*** || paralleleę ***G*** || pallelę ***G*[a]*G*[b]** || trapΑΛΑΝΑΟC ***S*** || dicuntur ***V*** || 4 et ita ***G*** || tropicus ***V*** || idem ***om. V*** || id est ***G*[b]** || solistitiales ***G*[a]** || solsticiales ***S*** || solsticialis ***V*** || 5 hybernus ***G*[a]*G*[b]** || ibernis ***S*** || quem ***om. G*** || transmittens ***codd. omnes*** transiens ac tenens ***b*** || transiens et tenens ***Iahn.*** || VIII partem ***V*** || transmittens octaua parte ***Hultschius cf. Eos a. 1866 p. 626*** || 6 caprecorni ***G*[a]** || capricornii ***S*** || solistitium ***G*[a]*G*[b]** || solsticium ***VS*** || hybernum ***G*[a]*G*[b]** || quem ***om. V*** || 7 transiens et tenens ***addidi*** || transiens ac tenens ***b*** || octaua parte ***G*[a]*G*[b] *Censorinus*** || 8 solistitium ***G*[a]*G*[b]** || solsticium ***SV*** || est ***om. V*** || octaua parte * uerum octaua libre * ut circuli in * ut habitabilis * ob rigorem quod * sol abest. Sub quo quidam * cydropie ***V qui asteriscorum loco praebet lacunas*** ||

taua parte arietis aequinoctium uernum, octaua librae autumnale constituit.

Vt circuli in caelo, ita in terra zonae uocantur. inhabitabilis infra frigidos circulos ob rigorem, quod ab his longissime sol abest, *item medius aequinoctialis, quod sub uertice solis est.* sub quo quidam habitari putant †cydropie et Aethiopiae maximam partem, item plurimas insulas maris rubri aliosque uertices eminentiasque terrarum nostris ampliores. sub tropicis habitari nulli dubium est. noster solstitialis aestiuus est excelsus atque arduus. diuisi a nobis circulo aequinoctiali antichthones nominantur. uidentur humiles atque depressi quibusque antipodes infra sunt. quod ut posse uideatur, efficiunt flexus obliquitatesque terrarum. antichthones et antistoechoe et antiscioe nominantur. incipit signifer non ab extremo circulo nec ad extremum pertenditur, sed ab intimo tropico australi brumalique eodem per

1 aries aequinoctium *G* || autumnalē $G^a$ || 3 in *om.* *S* || et terra *G* || inhabitabiles $G^b$ || ut habitabilis *S* || 4 frigidus circulus $GG^aG^b$ || frigidos circulos *Iahn.* || quo $GG^aG^bS$ || 5 item — solis est *addidi ex G* $G^aG^b$ || item in radiis (radios $G^aG^b$) aequinoctiales $GG^aG^b$ || medius aequinoctialis *Iahn.* || item intra calidus aequinoctialis *Hultschius* || sub *om.* *G* || uerticę $G^a$ || uerticae $G^b$ || 6 habitare *codd. omnes* || habitari *Iahn.* || cydropię *G* || cidropię $G^aG^b$ || Gedrosiae *Vrlichs. nou. mus. Rhen. XI 159* || 7 et hypiē *S* || insolas *G* || 8 rubi *G* || 9 habitare *codd. omnes* || habitari *Iahn.* || nihil dubium $GG^aG^b$ || solsticialis *GSV* || solistitialis $G^a$ || 10 exelsus *V* || orduus $G^b$ || Diuisi autem sunt a nobis *V* || 11 circuli *S* || aequinoctiale *G* || equinoctiał *S* || acciones *G* || actiones $G^aG^b$ || q̃ actiones *S* || qui antitones *V* || Antichthones *b* || nominatur et *V* || 12 depssi $G^a$ || quibus *V* || 13 ēē uideatur *V* || flexos obliquitates q̃ *G* || 14 antinctones *G* || antintones $G^aG^b$ || antitones *S* || quas antitones *V* || quas Antichthones *b* || antistochae *G* || antistoche $G^aG^bSV$ || antistoechoe *Iahnius quo teste ἀντίστοιχοι in codice quodam scholiastae Germanici se legisse dicit Is. Voss. app. ad Pomp. Mel. I 19 p. 32* || antiscepe *codd. omnes* || antiscythae *codex Vossii* || antiscioe *Lachmannus ap. Iahn.* || antiscepae (*i. e. qui auersi contrarios polos spectent*) *Nunnesius ap. Iahn.* antoeci *Carrio ap. eundem* || antiscepe inhabitare dicuntur *V* || autem signifer *V* || 16 ab initio *V* || atque brumali *V* ||

aequinoctialem ad summum solstitialem eundemque aestiualem per medium longitudinis latitudinisque porrectus obliquus. circuli signiferi partes CCCLX, signa XII, partium singula tricenarum, quorum quaedam minora quaedam ampliora et †poplocanaphora dicunt, sed conpensatio quinque partes creditur adplicare, ut sint omnes signiferi partes CCCLXV. horum incipientia ab ariete alterna sunt masculorum natalibus, alterna feminarum *conuenientia*. item quartum quodque eorum aut tropicum aut solidum aut biforme. incipiet dinumeratio ab ariete, quod signum *tropicum* est. tropicorum duo sunt aequinoctialia aries et libra, duo solstitialia capricornus et cancer, tropicis proxima solida, anteposita his biformia.

Hic est stellarum ordo utrorumque circulorum. septentriones duplices ad austrum uertuntur. figurantur auersis caudis inuicem sibi aduersantes, inter quos obliquus dilabitur draco. sub unius namque pedibus est serpentarius, cuius

1 solsticialem ***GS*** || solsticiale ***V*** || 2 mediam ***G*** || longitudo in his ***GG$^a$G$^b$S*** || longitudinis in his ***V*** || longitudinis latitudinisque ***Censorin.*** || in his longitudo latitudoque ***b*** || oblicum ***G*** || obliquum ***G$^a$G$^b$b*** || obliqui⁹ ***S*** || oblique ***V Vrlichsius conl. Plin. n. h. II 64*** || obliquus ***scripsi*** || 5 poplo eana/ fora ***G*** || poploen. afora ***G$^a$ puncto omisso G$^b$*** || poplocanaphora ***SV*** || populo Canophora ***b*** || *πολυανάφορα* ***Cauchius*** || polon anaphora ***Vrlichsius*** || dicuntur ***V*** || sed con sed conspensatio ***G*** || compensatio ***G$^b$V*** || partibus ***V*** || 6 adplicari ***GG$^a$*** || applicari ***G$^b$V*** || amplificari ***S*** || adplicare ***Censorin.*** || CCCLX ***SV*** || 7 arieti ***GG$^a$*** || altera ***codd. omnes*** || alia ***b*** || alterna ***Cauchius*** || sunt masculinis femininis masculorum ***GG$^a$G$^b$*** || naturalibus alia ***codd. omnes*** || natalibus alia ***b*** || natalibus alterna ***Iahn.*** || 8 foeminarum ***V*** || conuenientia ***addidi ex G et Censorino*** || quoq; ***SV*** || 9 deforme ***codd. omnes*** || biforme ***Cauchius*** || denominatio ***V*** || 0 quod sit signum ***V*** || tropicum ***addidi ex G et Censorino*** || 11 duor̄ aequinoctialia ***G*** || aries ***om. GG$^a$G$^b$S*** || librę ***GG$^a$G$^b$*** || libre ***S*** || solistitialia ***G$^a$*** || solsticia ***V*** || solsticialia ***S*** || 12 maximā ***GG$^b$*** || maxima ***G$^a$SV*** || proxima ***b*** || antepositis deformia ***V*** || 13 deformia ***codd. omnes corr. Iahn.*** || 14 De uolutione et ordine spere ***inscr. S*** || 15 Figura ***SV*** || figurantur ***scripsi*** || 16 quas ***V*** || dilatabitur ***S*** || diuiditur ***V*** || dilabitur ***b*** || 17 pedibus — serpentarii ***om. S*** || cum ***V*** || cuius ***b*** ||

serpentarii pedes attingunt frontem scorpionis; alteri autem retro stat custos, sub pedibus quidem eius uirgo habens igneam in manibus spicam. retrorsis uero uestigiis adiacet leo, mediis aestiuis solstitiis cancer et gemini. genua autem agitatoris [capud] gemini attingunt. pedes autem eius tauri cornibus iunguntur. cuius haeduli desuper obtinent locum septentrionis. habet autem septentrio a dextris iuxta coronam, desuper serpentem in manibus serpentarii et eum qui in geniculo stat et sinistro pede septentrionalis draconis uerticem calcans, unum brachium lyrae, alterum dans coronae. namque a minori septentrione ultimus pes Cephei continetur, cygnum manu dextra apprehendentis, super cuius alas equus extendit pedem, et super equum aquarius extollitur, iuxta quem capricornus est. sub aquarii pedibus piscis magnus austrinus. constituta ante Cepheum Cassiepia: et a dorso agitatoris Perseus pedes extendit. super Persei capud Cassiepiae pedibus propinquare uidetur. inter cygnum igitur et eum qui in geniculo stat lyra constituitur, in quorum medio desuper ad orientem delphinus agnoscitur, sub cuius cauda est aquila in proximo habens serpentarium.

Iam quia de aquilonio circulo dictum est, nunc ad australem ordinem properemus. sub aculeo scorpionis sacrarium constitutum est, sub corpore eius anteriora centauri uidentur, in quo est bestia. conspicitur et sagittarii pes summus et ex alia parte sub australi circulo prope centauri

1 A latere autem *V* || 2 stant custodes *S* || 3 retrorsus *V* || uestigiis eius *V* || adiacens leo *S* || adiacens est leo *V* || adiacet *scripsi* || 4 medio estiuo solstitio *V* || 5 capd' *S* || caput *V* || capud *deleui nisi forte* capite *uel* capitibus *legendum est* || 6 Cū his eduli *S* || cuius eduli *V* || 7 septentrion *S* || 10 libre *S* || lire *V* || 11 Nanq; ad minoris septentrionis ultima *V* || septentrionis *S* || 12 cignum *SV* || ala *S* || equs *S* || 15 costituta *S* || 16 pedem *V* || caput *V* || cassiopie *S* || 17 pedibus *om. S* || p̄parare *S* || properare *V* || proprinquare *scripsi* || uidentur *S* || cignum *SV* || 18 lira *SV* || 19 cognoscitur *V* || 21 Iam — properemus *om. V* || 24 sagiptarii *S* || 25 et *om. S* ||

